AZ.

NAZ.
nuele III
II. 19.
B. S. D. M.
N.

LXI
C-49
49

Digitized by Google

Google

PARS II.

SIVE

BIBLIOTHECA PSEVDONYMORVM

AD
SVPPLENDOS ET CONTINVANDOS
BEATI
VINCENTII PLACCII
ET CELEB.
HEVMANNI
DE
HOC ARGVMENTO LABORES

ADORNATA
A

M. IOH. CHRISTOPH.
MYLIO,
FAC. PHILOS. ADIVNCT. ET BIBLIOTH.
ACAD. IEN.

HAMBVRGI,
APVD CHRIST. WILHELM BRANDTIVM,
M DCC XXXX.

Digitized by Google

A

SON ALTESSE SERENISSIME,

MONSEIGNEUR

ERNST AVGVSTE,

DUC DE SAXE,

JULIERS, CLEVE ET MONS, ENGERN ET VESTPHALIE, LANDGRAVE EN THURINGUE, MARGGRAVE DE MISNIE, PRINCE D'HENNEBERG, COMTE DE LA MARCK ET RAVENSBERG, SEIGNEUR DE RAVENSTEIN.

GENERAL COMMENDANT DE SA MAJESTE' IMPERIALE SUR TOUTE LA CAVALERIE ET COLONEL D'UN REGIMENT DE CUIRASSIERS ET D' UN REGIMENT D' INFANTERIE.

MONSEIGNEUR,

C' eſt avec la plus reſpectueuſe ſoumiſſion que je préſente & dedie à VOTRE ALTESSE SERENISSIME un livre qui conſiſte en deux parties, qu' Elle voudra bien de tems en tems favoriſer d'un doux regard, veu que ce livre contient pluſieurs écrits, ſurtout en françois & même en latin, qui traitent du droit, de l' hiſtoire, de la genéalogie, des prérogatives, des regles de la politique, des grands Potentats. Aucun de ces Auteurs n' a voulu par de certaines raiſons

mettre ſon nom à la tête du livre ni en ſupoſer un faux. Mais on a après un long eſpace de tems découvert leurs veritables noms, ce qui ſans doute devra être agréable au Lecteur.

Je me ſens d'autant plus obligé d'offrir en toute humilité à VOTRE ALTESSE, mon tres benin Prince, ce travail de huit ans, que j' ai non ſeulement le bonheur d' être un tres humble ſujet de VOTRE ALTESSE SERENISSIME, d'un Regent auſſi ſage que grand & gracieux, dont pluſieurs autres païs admirent le prudent gouvernement, mais auſſi de jouir par un effet de Votre grace & de Votre ſoin paternel de la moitié de la bourſe de feu Monſieur le Baron DE LYNCKER. J' en rendrois auſſi avec plus de joie & d' empreſſement de tres humbles actions de graces, ſi je pouvois encore m' en paſſer, ſans porter un notable

accedat, nec pio impium, impio pium tribuatur ex errore ſcriptum, & famae alicuius noceatur, aut impietati praebeatur patrocinium. Ex qua cauſſa Papa *Gelaſius* prohibuit, illa S.S. martyrum geſta in eccleſia romana legi, & recipi debere, quorum auctores anonymi erant & ignorabantur, ne ſcilicet ſceleſtis, ſi eorum nomina laterent, martyrum honores tribuerentur uid. Canus *in loc. theol.* p. 535. Nam omnes anonymi & pſeudonymi ſuſpecti ſaltim ſunt, & magnif. Loeſcherus in den theol. annal. 1729. n. 238. p. 704. recte iudicat, plerumque malum eſſe indicium, ſi quis nomen ſuum, & locum, ubi liber impreſſus fuerit, occultet, ſimul tamen monet, hoc de omnibus dici non poſſe & l. c. exemplum in contrarium affert. Variis igitur ex cauſſis requiritur, ut uera anonymorum & pſeudonymorum nomina cuilibet, ſi fieri poſſit, pateant, hinc calculum meretur iudicium auctorum *du Journal des Savans* 1715. menſ. Ianuar. n. 3. qui iniuſtum eſſe putant, ſtudio auctoris nomen, quod innotuerit, occultare, ea ex cauſſa, quia ipſe auctor adhuc uiuens ſe ipſum noluerit nominare, &

ſuadent, quo magis auctor dum uiueret, nomen ſuum occultare nitatur, eo ſtudioſius nomen poſt mortem illius eſſe patefaciendum, quod & approbat auctor der Leipz. gel. Zeit. 1715. p. 20. Dantur enim, qui ex humilitate nomen ſuum reticent, ut de auctore operis *de operibus Chriſti cardinalibus* refertur, eum maluiſſe tractationem ſuam auctoris nomine uacuam prodire, ne nominis ſui tenuitate (ut prae humilitate ſentiebat) uileſceret tractatio, argumenti dignitate nobilis, & ex recentiori hiſtoria notum eſt exemplum P. Giuſco Carlo Conſtanzo *Amici*, qui mortuus eſt 1737. d. 26. Febr. hic enim quasdam regulas praeparatorias ad feſtum diem S. Philippi Neri conſcripſerat, quas mera ex humilitate publicare nolebat. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1737. n. 74. p. 652. Si quis enim anonymus egregium quid donauit publico, gratiae ipſi ex merito ſunt habendae, ſi nomen illius notum eſt. Conſuluiſſent itaque nominis ſui famae monachi Benedictini ex congregatione S. Mauri, qui tot praeclara opera ediderunt, e. g. Auguſtini opera Tomis XII. Amſt. 1702. in fol. ſi ſimul addidiſſent

diſſent nomina, ut ſcire poſſemus, quibus potiſſimum gratiae ſint deferendae. Non igitur accedo ad ſententiam Dahlmanni, qui pag. 11. praefationis ſeines Schauplatzes, (de quo in praef. ad part. 1.) putat, parum referre, quodnam nomen auctor aliquis ſcripto ſuo praefigeret, & p. 8. nemini uitio uerti poſſe in orbe litterario, ſi ſcripta ſua nullo addito, uel ficto ſub nomine edat, it. ibid. conſultum eſſe, ut aliquamdiu nomen ſuum occultarent eruditi, quo facilius ingenua de ſcriptis ſuis iudicia elicere poſſent, & eruditis maxime neceſſarium eſſe, ut nomina ſua diſſimularent. Has enim omnes theſes quam maxime perſpicuitati hiſtoriae litterariae nocere arbitror, & uel unicum illis, qui ſine urgente neceſſitate occultandi nominis pruritu tenentur, perpendendum relinquo, non ſolum ſe ſuſpectos reddere diſſimulato nomine, ſed & ſe ipſos poena afficere non exigua, dum ſponte omittunt nomen ſuum, cuius omiſſio & ſuppreſſio olim nota infamiae & dedecoris eſſe ſolebat & adhuc hodie minus honeſta habetur. Neminem enim, antiquitatum romanarum uel leuiter peri-

peritum, fugere poteſt, ſenatorum romanorum nomina, qui uitiis ſeſe inquinauerant grauioribus, cenſu ſenatorio habito, ſilentio praeterita, & hoc modo infamiae notam illis fuiſſe inuſtam; magna enim dignitas in nomine uerſatur, quae ſi laeditur, ignominia, i. e. animaduerſio, uel poena in nomen dici ſolet, uid. Nieupoortii *compendium antiquitat. roman.* p 91. Recte igitur Claudius Mamertus lib. 1. *de ſtatu animae* cap. 2. pronuntiat: *Propriae gloriae praepoſito nomine ſuo prouident auctores, ut integritatem operis & laboris auctoris tam ſtili, quam perſonae impoſterum auctoritas conſeruaret, & facile ſcripturae ſubtilitas indicaret, ſi aliqua manus inuida elegantiae tractatuum elimatorum pannum rudem inſueret, uel nugis ſuis, quaſi ſua eſſent, quae alius laudabiliter dictaſſet, furtiua translatione insereret;* & alio loco idem pergit: *Si bene conſcius diſputas, cur nomen occultas, ſi agnoſci metuis, cur opus prodis. Nemo ſtudet occultari, niſi qui formidat agnoſci.* Et iis ipſis, qui enormia patrarunt, ut factis premi ac occultari commeritis reſpondeat poena, repenſa ſaepe eſt publico decreto ſuppreſſio nominis, ut illi templi Epheſii magnificentiſſimi incendia-

table préjudice à ma fortune préſente. Mais comme VOTRE ALTESSE ſans doute n'ignore pas que j' adminiſtre ici à Jene la charge de Bibliothecaire de la bibliotheque publique avec toute la diligence & la fidelité poſſibles au gré de tous les Péres Nourriciers de cette academie & en faveur des Savans, ſans recevoir le moindre gage. Je me flate que VOTRE ALTESSE daignera y faire quelque reflexion & me laiſſer encore quelque tems jouir de la moitié de ladite bourſe, ſur tout puisque jusqu' ici j' ai tâché de correſpondre aux intentions de feu le Teſtateur. Je ſuis donc comme perſuadé, MONSEIGNEUR, que VOTRE ALTESSE SERENISSIME ne voudra pas me decourager en me retranchant une partie de ſa grace & de ſes ſoins paternels, mais plûtôt qu'Elle entretiendra mon zèle par la con-

la continuation de ce ſignalé bienfait, du moins eſt-il ſeur que perſonne au monde ne reconnoitra une telle grace avec plus de ſoumiſſion que moi, ni ne fera des vœux plus ardens pour Votre Auguſte perſonne, & pour les proſperités de tout ce qui en depend, puisque je ſuis d' une tres profonde véneration,

MONSEIGNEUR,

DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

à Jene le 2 de Mai 1740.

le plus humble, le plus ſoumis & le plus devoué ſujet

M. JEAN CHRISTOFFLE MYLIVS,
Adjoint de la Faculté Philoſophique & Bibliothecaire de l' Academie.

PRAEFATIO
AD PARTEM II.
SIVE BIBLIOTHECAM PSEVDONYMORVM.

VT liberemus fidem, in praefatione ad partem I. ſiue Bibliothecam Anonymorum datam, pergimus in exponenda notitiae anonymorum utilitate, & monemus in libris cantionum potiſſimum neceſſarium eſſe, adiicere auctorum nomina, ne fanatica ex improuiſo orthodoxis immiſceantur. In controuerſiis quoque, praeſertim theologicis multum refert, uera auctorum nomina ſcire. Quamdiu enim nomina illorum, qui periculoſa protulerunt, latent, li-

cet doctiſſime ab aliis refutentur, tamen minus ad ſe pertinere putabunt, quae ab aliis dicta ſunt; ſed ſi eorum nomina manifeſtata fuerint, facilius illos pudet, paradoxa, impia &c. propugnare, Plurimi enim anonymi & pſeudonymi eo potiſſimum fine omiſerunt, uel falſum aſſumſerunt nomen, ut maiori temeritate opinionum portenta protrudere & latentes ſub falſo nomine, pertinacius defendere queant, qui felicius ad reuocationem adigi potuiſſent, ſi nomina eorum in comperto habuiſſemus. Ideo non ſine cauſſa in Seſſ. 4. Concilii Tridentini prohibetur, libros de rebus ſacris ſine auctoris nomine edere. Ita enim ſonant uerba huius Concilii: *Nullus liber in poſterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen & patriam praeferat auctoris.* Etiam antea Inſtructio prodierat, ad omnes libros anonymos & pſeudonymos extenſa, quam deinde concilium Tridentinum ad libros tantum ſacros reſtrinxit. Godofredi Ludouici non improbandum proinde eſt conſilium, qui *de coercendis ſcriptis anonymis & pſeudonymis in cauſſa religionis*, ſcripſit Lipſ. 1715. in 8. pl. 5. adde num. 1362. Biblioth.

blioth. meae anonymor. ubi *Cardinalium*, *Archiepiſcoporum & epiſcoporum ſententia de anonymis & famoſis quibusdam libellis* allegatur in 4. Nam non ſolum in arcanis rebus, & relationibus de perſonis maxime neceſſarium eſt, uera auctorum nomina noſſe (quod rectiſſime monet auctor cel. der Leipz. gel. Zeit. 1733. p. 267.) ut nimirum ſcire queamus, quantum auctoris eiusmodi relationi ſit tribuendum, ne eius ſcripta inter libellos famoſos qui nullam fidem merentur, referantur; ſed etiam hoc valet de illis, qui tecto nomine contra ueram religionem ſcribunt; quorum nomina ſi ſemper noſſemus, facillime apparere poſſe credo, illos peruerſa ex mente & impio conſilio ueritatem religionis impugnare, nulla prorſus neceſſitate urgente adacti. Itaque patet, libros anonymos facilius incautis propinare uenenum, a quo cauiſſent, ſi adhibito legitimo titulo fucus non factus fuiſſet, unde in ueteri eccleſia libri absque auctoris nomine iam fuere ſuſpecti uid. Tertull. lib. 3. *contra Marcion.* cap. 2. qui tales libros frontem non erigere, nullam conſtantiam praeferre ait, nullam fi-

dem de plenitudine tituli repromittere. Sed e contrario etiam improbandum eſt, ſi quis ſtudio aduerſariorum ſuorum non anonymorum occultat nomina, ut & audacius in illos facere poſſit impetum, vel alios hoc modo impedire queat, ne aduerſariorum perlegentes ſcripta, certiora apud illos & ſolidiora reperiant, quod ſtrategema uarii uſurpare interdum ſolent. *Clerico* ſaltim non immerito a cel. Reimanno *in catal. litter.* p. 653. uitio uertitur, quod in uita ſua, de qua uid. in bibl. anon. n. 1808. tam ſtrenuo nomina illorum diſſimulet, quibuscum acie contendat e. g. Petri *Burmanni*, Iac. *Perizonii* &c. eo forſitan fine, ut, ſi ſcripta aduerſariorum eius legi non poſſent, occultato nimirum illorum nomine, ſemper illis ſuperior haberetur. Si autem in controuerſiis utrorumque cognita ſunt nomina aduerſariorum, lectores facilius iudicare queunt, num forſan alteruter eorum ex odio perſonae ſcripſerit, uel ueritatis tantum fuerit ſtudioſus. Neceſſarium eſt uel ideo, uera auctorum ſcire nomina, ut cuilibet debita laus, uel illud, quod meruit, uituperium, ex ſcripto exarato

acce-

cendiario cum faſſus eſſet, ſe tantum facinus aggreſſum, ut inde nominis immortalitatem aſſequeretur. Decreto enim publico cautum eſt, ne eius nomen uſpiam conſignaretur. Quanquam neſcio unde innotuit, nomen ei fuiſſe *Heroſtrati.* Tiberii item decreto artifex, uitri non fragilis inuentor, aeterna nominis ſuppreſſione multatus eſt, ut ſcribit Dio lib. 57, quia eius inuentum iudicatum eſt pernicioſum, quippe pretia auro & argento, & quibusuis metallis detracturum, ut Plinius notauit lib. 36. cap. 26. Quae ergo improuidentia eſt, ultro libro ſuo accerſere, quod pro maxima poena ualde noxiis decreto publico irrogatur, nempe ut nomen auctoris obliteretur, nec permaneat ad poſteros eius memoria.

Taceo, uaſtam alioquin ſatis & difficillimam hiſtoriae litterariae notitiam anonymorum & pſeudonymorum multitudine longe difficiliorem reddi, a copia enim eiusmodi librorum fieri ſolet, ut libri facile permiſceantur, & ſpuriae ſoboles in alienam familiam irrepant magna cum confuſione & lectorum diſpendio. Cuiusmodi exem-

)( )(plum

plum ſuppeditat Arnoldus in der Kirch. und Ketzer-Hiſtorie n. 56. p. 680 quod nimirum Tobias Wagner in *iudicio propemtico* Iac. *Boehmii* auroram refutaturus, per librum anonymum deceptus, Pauli Felgenhaueri Morgenröthe der Weißheit, omiſſo auctoris nomine editam, cum Boehmii aurora confuderit, & ideo per totum librum ſuum perperam allegauerit, atque contra alium, quam conſtituerat, pugnauerit aduerſarium, in quo errore Wagnerum ſecutus eſt Eraſmus *Franciſci* & Felgenhaueri auroram pro Boehmii aurora allegauit. Si uerus auctor latet, multis aliis quoque erroribus aperiri ſolet uia, e.g. ut titulus libri, pro auctoris nomine accipiatur, ita Ioh. Gottlieb Krauſe in ſeiner umſtändlichen Bücher-Hiſtorie obſeruauit part. 1. p. 144. doctisſimum MORERI ex δῶρῳ βασιλικῷ, titulo libri regis Britanniae Iacobi ad filium ſuum inepte feciſſe pſeudonymum, *Dorum Baſilicum* dictum. Animaduerſione igitur ſeueriori omnino dignum eſſet, ſi uel bibliopolae ex lucri cupiditate librorum titulos mutant, (de quo conatu auctores der Unſchuld. Nachrichten recte iudicant, daß dergleichen unnütze Künſte lauter Confuſion machten,)

ten,) uel,quod peius eſt,ex libris, qui non anonymi erant antea, anonymos, uel pſeudonymos libros faciunt, (quo libro maius accederet pretium & aeſtimatio, quae dum ſub priori titulo, uel auctoris nomine circumferebatur liber, uileſcere coeperant,) ut mutato titulo liber plane nouus uideatur, conf. in appendice anonymorum gallicorum, ſub tit. *Anecdotes du Miniſtère de Cardinal de Richelieu.* Vid. eiusmodi exempla in Bibliotheca noſtra anonymorum num. 1335. 2281. & in pſeudonymorum Bibliotheca ſub uoce *Sklerander.* Sic Alemandi *Hiſtoria monaſtica Hiberniae* primum 1690. in 12. addito auctoris nomine prodiit, ſed translator anglicus in uerſione ſua 1722 Lond. in 8. 1 Alph. pl. 6. nomen *Alemandi* omiſit, add. n. 2126. Biblioth. anonym. Nec minus caſtigatione dignum eſſet, ſi quis in publicandis, augendis, continuandis &c. aliorum auctorum laboribus, uerorum & primariorum auctorum nomina omittit, ut eo facilius aliena pro ſuis uenditare poſſit, quod ſaepe fieri ſolere, beneuolus lector cognoſcere poterit ex num. 2027. & num. 2281. &c. Bibliothecae noſtrae Anonymorum; ſed uereantur hoc modo talia tentantes, ne-

ceſſe eſt, ne in plagiariorum, uel doctorum impoſtorum numerum referantur. Dolendum etiam eſt, quod anonymi & pſeudonymi non ſolum omisſione & mutatione nominis ſui fucum facere ſoleant, ſed ſaepe multis adhuc aliis artibus & impoſturis, e. g. quod fingant, ſcripta ſua ex alia lingua eſſe translata, quod ſe ipſos interdum refutent, uel ad ſe ipſos ſcribant, ut tutius latere poſſint, & in illos non cadat libri exarati ſuſpicio. De priori impoſtura exempla uid. in Bibliotheca mea Anon. n. 1281. item n. 2240. de poſteriori in Biblioth. Pſeudon. n. 29. ſubnum. 7. item in bibl. anon. ſub tit. Sendſchreiben an P. Cohlendahl, & in append. anon. latin. ſub uoc. *Confutatio*, qua fraude fieri ſolet, ut ſcripta, quae ab uno auctore profecta ſunt, a diuerſis eſſe credantur. Magis igitur mihi ſeſe probauit mos Eraſmi Roterodami, quam Baylii, quorum ille in epiſtola rarisſima & maxime notatu digna an den Freiherren Wilhelmen Montionio heil. &c. Straßb. 1522 in 4. de ſe ſcribit: Der Luther hat alle ſeine Bücher vor den Käyſer nit verlöcknet. Ich habe nie nichz geſchrieben, das ich meinen Namen und Titel nit darzů geſetzt; hab

hab mir auch fremde Geſchrifften nie zugelegt, oder das Meine under fremden Titelen fürbracht, ꝛc. Baylius e contrario nulli ſcriptorum ſuorum, quam Dictionario hiſtorico-critico, gallice ſcripto, nomen praemiſiſſe dicitur, uid. cel. Stollii neue Zuſätze zur Hiſtorie der Gelahrheit, p. 47. & reprehenſionem mereri uidetur Dio Chryſoſt. orat. 36. dum Homerum a preſſo ubique nomine ſuo celebrat. Nec ſufficit, ut Joh. Azorius part. 1. lib. 18. cap. 17. quaeſt. 3. putat, ſi nomen certi Collegii, aut Coenobii, uel Vniuerſitatis exprimatur, ſed ad perſpicuitatem conducit, uera ſemper ſcriptis praefigere auctorum nomina, et laudandi ſunt illi, qui dum aliquandiu fuerunt anonymi, uel pſeudonymi, ſe ipſos deinde detegunt, quod certisſimum eſt documentum; id autem fecerunt *Serry* & Liuinus *de Meier*, uid. Bibliothecam meam Pſeudon. ſub uocibus *le Blanc* & *Eleutherius*.

Quia igitur, ut ſatis probaſſe credimus, detectio & anonymorum & pſeudonymorum uarias ob cauſſas tam neceſſaria eſt, optandum eſſet, ut tota ſocietas coniunctis uiribus detegendis illis daret operam. Liſſabonae quidem

1716 ſocietas Anonymorum ſtabilita eſt, cuius praeſes fuit P. de S. *Catharine*, ex ordine S. Hieronymi. Sed illius ſcopus non fuit detectio Anonymorum, uerum potius Poeſis, regulae carminis heroici, methodus conſcribendae hiſtoriae, ſtilus epiſtolaris, iucundi ſales etc. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1717. p. 82. Vtiliſſimum item foret, ſi diariorum eruditorum conditores maiori adhuc ſtudio anonymos & pſeudonymos detegere allaborarent.

Sed non ſolum maxime prodeſt, integrorum librorum auctores ueros noſſe, ſed & quis in hoc uel illo ſcripto intelligatur, ſi eius nomen non euidenter expreſſum, ſed uel immutatum, uel obſcuritatis peplo certas ob cauſſas inuolutum eſt, ut inoffenſo pede lectores in libris iſtis legendis procedere & omnia, quae proponuntur, intelligere queant. Quis e. g. recte uti poterit Rabelaeſii Satyris, niſi ante edoctus fuerit, ſub nomine *Panurge* latere epiſcopum *de Valence* Ioh. *de Montluc*, ſub nomine *Pantraguel*, Ducem *de Vendôme*, Ant. *de Bourbon*, patrem Henr. IV & proauum Ludouici XIV, ſub nomine *Vtopiae* regnum Nauarrae, ſub uoce *Gargan-*

Gargantua Henr. *d' Albret*, ſub uoc. *Granaguſier* Ioh. *d' Albret*, reges Nauarrae, ſub uoce *Gargamelle*, coniugem Iohan. *d' Albret*, nimirum Catharinam *de Foix*, ſub uoce *Badebec* coniugem Henrici *d' Albret*, ſcilicet Margaretham *de Foix*, ſub nomine *Picrochole* partim regem Arragoniae & Caſtiliae *Ferdinandum*, partim eius ſucceſſorem *Carol.* V. uid. *Remarques ſur le Gargantua & le Pantraguel de Rabelais.* M. Chriſtian Gerber in der Hiſt. der Wiedergebohrn. in Sachſ. part. 2. ſui ipſius uitae curriculum deſcribit ſub nomine *Timothei* uid. die unſch. Nachr. 1727 p. 1007. Naudaeus in Bibliographia politica p. 48. per *Politicum Florentinum* & p. 124. per *ſcribam Florentinum* intelligit Nic. *Machiavellum.* Moliere *dans les femmes ſavantes* ſub nomine *Tricotin*, quod deinde mutauit in *Triſſotin*, ſugillat abbatem Carolum *Cotinum.* Mr. Furetiere *dans le Roman bourgois* nomine *Vollichon* deſignare uoluit *Roletum*, procuratorem quendam Galliae fraudulentum, de cuius malis artibus uideantur notae ad Boileau ſatyram 1. p. 15. Mr. *Boileau* Deſpreaux in Satyra 1. per *Damonem* deſignat *Caſſandrum*, poetam gallicum moroſum & ingra-

tiſſimum erga Deum, cuius praua indoles ab auctore notarum ad Boileau ſatyras editionis 1717 p. 11 deſcribitur. In editione, Satyrarum de Monſ. *Boileau* per litteram C. in Satyra 1. v. 96. indicatur *Chapelain*, in poſterioribus editionibus ante annum 1674 poſita eſt loco C. uox *Pucelain*, quia Chapelain ſcripſerat *Pucelle d'Orleans*, ſed in ſequentibus editionibus hi uerſus plane omiſſi ſunt. Mr. Racine *dans la Comedie des Plaideurs* ſub nomine *de la Comteſſe de Pimbèche* deſcribere uoluit actiones & mores de la Comteſſe *de Criſé*. In prioribus editionibus de Mr. *Boileau* v. 32 per nomen *Deſnaud*, indicatur *Guenaud*, Medecin de la reine, cuius nomen expreſſum eſt in editionibus ſequentibus ſatyrarum de Monſ. Boileau e. g. in editione 1717. Idem Boileau *Chapelainium*, qui tempore ſuo celeberrimus poeta eſſe cenſebatur, ſed famam ſuam per poema: *Pucelle* perdiderat, in primis Satyrarum ſuarum editionibus, quae uiuo Chapelainio prodierunt, perſtringit ſub nomine *Ariſte* Satyra 4. v. 90. ſed in editione 1717 nomen *Chapelain* exprimitur. Mr. *Ronſard* in ecclogis ſuis per *Catin* intelligit Catha-

Catharinam *de Medicis*, per *Henriot* Henricum II per *Carlin* Carolum IX; in libro illo, qui uocatur *Clélie* (un Roman de Mademoiſelle Scuderi) uaria occurrunt ficta nomina, quae explicatione indigent, per *Scaurum* nempe indicatur *Scarron*, per Amilcarem *Sarrazin*, per Herminium *Peliſſon* uid. clauem eiusmodi fictorum nominum *dans le Dictionaire des Precieuſes du Somaize.* Illi autem errant, qui arbitrantur (e. g. Baillet T. 8. *des Jugemens des Savans* p. 44) quod Mr. *Boileau* in arte poetica Chant. 4. v. 40 per *Motin* intelligat abbatem *Cotinum*, nam *Motin* uerum & genuinum alicuius auctoris nomen eſt. Thomas Pope Blount *in cenſura celebrium auctorum* p. 657 per reginam magnae Britanniae bene meritam, in quam Buchananus tam uirulentum calamum dolet ſe ſtrinxiſſe, intelligit *Mariam.* In praefat. ad Huetii demonſtrationem euangelic. Lipſ. 1694 quartum editam (A) 3 per *hominem longinquum*, & *alienigenam* intelligendus eſt Sam. *Puffendorff. Recentior ille*, quem Heinſius paſſim in *exercitationibus ſuis ſacris* notat, eſt Theodorus *Beza. Epiſcopus Bitontinus*, cuius *Acta Eruditor. lat.* 1684 p. 62. mentionem faciunt, eſt

)( )(5 Corn.

Corn. *Muſſus*. Anonymus, cuius chartae in *Actis eruditor.* 1687. p. 233. uocantur famoſae, eſt Pet. *Poiretus*. uid. ipſius Apologiam, libris de eruditione ſubiunctam p. 423. *Polybiſtor celeberrimus, idemque ſummus Theologus,* de cuius propoſito *Acta Eruditor. lat.* 1688. p. 283. referunt, eſt D. Philipp Iac. *Spener.* Princeps ingenioſiſſimus, cuius mentio fit in *Actis Erudit. Lipſ. lat.* 1706. p. 334. eſt *Anton. Vlricus*, Dux Brunſuicenſium & Lüneburgenſium. In Iſaaci Caſauboni epiſtolis p. 289. & 647. editionis ſecundae Graeuianae *Chriſtianiſſimus Heros* & Sol Galliarum eſt Henricus IV. Princeps, qui pro ſua prudentia ac ſapientia p. 648. dicitur barbariem ſimul & τὴν σοφιςικὴν terris Brunſuicenſibus eliminaſſe, eſt *Henr. Iulius*, per Epiſcopum Elienſem, auctorem Torturae Torti ibid. p. 756 obſcure indicatur Lancel. *Andrews*. p. 810 ibid. per iſtos nouos doctores, qui negant eſſe Deum infinitum, aeternum, omnipotentem, intelliguntur Conr. *Vorſtius* & eius aſſeclae. p. 854 ibid. ὁ μακαρίτης S. eſt Ioſephus Iuſtus *Scaliger*, p. 874 ibid. ille B. quem imperitiae, fatuitatis & ſtuporis accuſat, eſt *Baronius* p. 875.

ami-

amicus, *συςατικά* petens, uir doctus & iudicii in litteris non uulgaris eſt Ge. *Calixtus.* Rex optimus & ſapientiſſimus p. 899 ibid. eſt *Iacobus* VI, Rex Angliae *ὁ ἀλιτήριος* (ſceleſtus, peſtis, calumniator) p. 938 ibid. eſt Caſp. *Scioppius.* In Reineſii epiſtolis ad Ioh. Vorſtium p. 24. per *alterum* indicatur Ioh. *Hülſemann.* Zozinus, ad quem epiſtola 103 Caluini directa, eſt Laelius *Socinus*, cf. Caluini epiſt. 104. & Thom. Crenii animaduerſion. part. 7. p. 144.

Sereniſſimus Poloniae rex, ad quem 190 epiſtola Caluini ſpectat, eſt *Sigismundus*; *Vir magnus*, cuius ſententiam de baptiſmo pro mortuis pag. 655. adfert Ioh. Tarnouius in *exercitationibus biblicis*, ac deinde refutat, eſt Ioſeph. Iuſtus *Scaliger*, Theologus clari nominis, cuius nomen pag. 14. in Adami Rechenbergii exercitationibus in N. T. reticetur, & qui aduerſus M. Iac Groſſium in academia Ienenſi olim diſputaſſe dicitur, eſt Iohan. *Muſaeus.* In Quirini Kunckelii Lilio inter ſpinas p. 738. I. F. L. eſt Ioh. Ludou. *Fabricius*, theologus quondam Heidelbergenſis. Auctor obſeruationis germanicae, quae inſerta eſt artic. 18. der andern Sammlung der Anmerckungen zu allerhand

lerhand Materien aus der Theologie und Kirchen-Hiſtorie, quae collectio prodiit Vinariae, eſſe uidetur Ioh. Chriſtoph. Colerus, concionator quondam aulicus Vinarienſis, qui tantum appoſuit litteras I. C. C. & has annotationes etiam *ἀνωνύμως* edidit. Comes ille Suecus, cuius in dem allgemeinen Hiſtoriſchen Lexico mentio fit, ſub tit. Ioh. Lyſer, eſt Comes de Königsmarck. Der teutſche Diſcours von der Polygamie, qui ſub eodem articulo memoratur, & quem Lyſerus Stadae diſtribuit, fuit das königliche Marck aller Länder. Deſino autem plura cum lectoribus meis communicare, quae perlecto hoc uel illo libro obſeruaui obſcure dicta, ſed luci ſuae, ut credo reddita, probe a me conſideratis omnibus rem circumſtantibus; quia uero non includi poſſunt anguſtis praefationis cancellis, praeſertim cum inſtent nundinae, quae calamum manu excutiunt, eiusmodi tractationem, nonnullas plagulas explentem, reſeruo *opuſculis meis litterariis*, in quibus ſelectiſſimae obſeruationes, ad rem litterariam ſpectantes, non ita multo poſt luci exponentur publicae. Pauciſſima tantum adhuc de Pſeudonymis moneo, illo-

rum

rum numerum non adeo eſſe magnum, quam Anonymorum, & copia Pſeudonymorum inde a dimidio ſeculo ualde imminuta, multitudo anonymorum e contrario maximopere aucta eſt. Pſeudonymorum uero notitia multo magis neceſſaria eſt, quam Anonymorum, quia facilius fictis nominibus ſuis imponere, & in errorem inducere poſſunt, ſiquidem ſaepe pſeudonymorum nomina, uera auctorum nomina eſſe uidentur, praeſertim ſi ſcriptores aliorum, ſuo tempore, paulo ante, uel paulo poſt uiuentium, uerorum auctorum nomina adſciſcunt, e. g. *le Maitre* aſſumſit nomen *Lamy*, cuiusmodi nominis auctor reuera exſtitit, ita Guido *Patinus* nomen Papirii *Maſſoni* adoptauit. Caſp. *Scioppius* fraudulenter ſcripto, a ſe exarato, praefixit litteras I. R. B. ut Ianus *Rutgerſius*, Batauus, eo tempore uiuens, auctor illius ſcripti crederetur. *Raynaldus* aſſumſit nomen *Leothardi*, Icti eo tempore uiuentis. *Phelippeaux*, Ieſuita latere uoluit ſub nomine François *de la Rochefoucault*, Grand Aumonier de France, quod uerum uiri cuiusdam nomen fuit. uid. Biblioth. meam Pſeudon. ſub uoc. *Rochefoucault*, ut ceteros eius-

eiusmodi generis pſeudonymos, adhuc ſatis frequentes, taceam, qui ſunt periculoſiſſimi & doctorum impoſtorum nominibus non indigni; quia anſam praebent magnae confuſioni, & efficiunt, ut ſcripta a quibusdam exarata credantur, quae tamen neutiquam ab illis ſunt exarata. Indicem Pſeudonymorum accuratius quam Placcius inſtruere ſtuduimus. Placcius nempe non reſpectum habuit nominum uel ſaepe, uel raro occurrentium, et Pſeudonymos plerumque collocauit ſecundum praenomina, quae longe frequentius occurrunt, quam alia nomina, cum iisdem combinata, & exinde factum eſt, ut per extenſam praenominum ſeriem, facile confundi queant pſeudonymi, ſaltim non niſi difficiliori negotio reperiri. e. g. Si occurreret in Pſeudonymis Chriſtianus *Elpiſtius*, conſultius eſt, hunc pſeudonymum collocare ſub littera E, quam ſub littera C. nam multi adhuc dantur Pſeudonymi, qui aſſumſerunt nomen *Chriſtiani*, ſed nomen *Elpiſtii* rarius uſurpatum deprehendemus a Pſeudonymis, ideo faciliori negotio inueniri poterit Chriſtianus *Elpiſtius*, ſub uoce *Elpiſtius*, quam
ſub

ſub longa ſerie *Chriſtianorum* & ſic in ceteris. Placcius autem ad frequentem, uel rarum nominum uſum non attendit, & promiſcuam ſibi collocationem, modo ſecundum praenomen, modo ſecundum primarium nomen licere putauit. Idem perperam illa ſcripta ſub pſeudonymos retulit, quae aliquis nomine Collegii cuiusdam edidit, uerum nomen ſuum occultans, e. g. *Deciſionem ſolidam Theologorum Saxonicorum* apud Placcium inter pſeudonymos n. 2440. inuenies, ſed nos maiori iure eiusmodi libros ad anonymos pertinere arbitrati ſumus & illorum numero inſeruimus. Nam tales auctores non aſſumſerunt fictum nomen, quod praecipuus Pſeudonymorum character eſt, ſed plerumque ex illo ipſo collegio fuerunt, cuius ſub nomine ſcripta ediderunt. Ceterum lectoribus noſtris damus fidem, nos nunquam anonymorum & pſeudonymorum detegendorum ſtudium plane neglecturos, ſed data & quaeſita a nobis occaſione eosdem indagaturos fore; ſperantes, difficultatem huius ſtudii utilitate detectorum uerorum nominum nobis redditum iri in dies dulciorem; praeſertim

tim ſi cognouerimus, librum noſtrum in aequorum, non in malitioſorum & mordacium lectorum manus perueniſſe, qui naeuos, a quibus non magni montes pendent, aequo uel ferre, uel decoro modo emendare queant. Satis autem cum perſuaſi ſimus, nos non parum luminis in perlegendis libris a detectis Anonymorum & Pſeudonymorum nominibus accepiſſe, minus prudenter ageremus, ſi huic operi bipartito colophonem imponentes, miſſum prorſus faceremus inchoatum ſtudium. Quodſi autem forent, qui operam & oleum ſe perdere crediderint, noſtrum opus uel perlegentes, uel aliquid ſtudii in detegendos anonymos & pſeudonymos conferentes, illi uereantur neceſſe eſt, ne aliquando anxie, cum magno temporis diſpendio & difficultate in nomen anonymi, uel pſeudonymi inquirere cogantur, quippe ſine qua cognitione ſcripta ſaepiſſime neque intelligi, neque refutari ſatis feliciter poſſunt. Et tunc talibus ſtudii anonymorum & pſeudonymorum contemtoribus idem accidet, quod accidit Henr. III, qui pſeudonymum *Iunium Brutum* cognoſcere uolens, unicam hanc ob cauſſam ad *Goulartium* mittere coactus eſt nuntium peculiarem, qui ipſi uerum auctoris nomen indicaret. Vale lectore beneuole, & prolata a nobis aequi bonique conſule.

Dab. Ienae
die II Maii M DCC XL.

M. IO. CHRISTOPH. MYLIVS,
Adiunct. Fac. Philoſ.
et Biblioth. Acad. Ien.

PARS II.

SIVE

BIBLIOTHECA

DE

PSEVDONYMIS.

PSEVDONYMI, QVI SCRIPTA GALLICA, LATINA ET GERMANICA EDIDERVNT.

(1.)

ABdua *(Steph.)* Verus auctor eſſe putatur *Anton.* GATTVS, (*a*) *Anteceſſor in Gymnaſ. Ticinenſi*, qui edidit *Admonitionem Iuſto Vice comiti, ſecundae Romae deſenſori, profligatori oppoſitam* pl. 1. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1712, p. 478. add. infra uoc. *Vice-Comes.*

(2.) Ackold (*Emeran*) per Anagramma eſt *Andr.* OCKEL, qui ſub ficto iſto nomine ſcripſit: Gründlichen Unterricht (*b*) von dem aus Landes

(*a*) Eius *hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis* propter praeſtantiam inſerta eſt *Burmanni Theſauro Hiſt. & antiquitat. Ital.* T. 4. part. 2.

(*b*) Hoc ſcriptum impugnauit *Caeſareus* Turrianus im glorwürdigen Adler, oder gründlichen Vorſtellung des der kayſerl. Majeſtät reſervirten Poſt-Regals (quod ſcriptum lucem non uidiſſe, ſed tantum in quorundam Poſtarum Imperialium Praefectorum ſcriniis latere quidam tradunt) ſed OCKELIVS Turriano denuo oppoſuit: *Diſcurſus iuridico-politicos de regali Poſtarum iure Electorum*

Fürſtlicher Hoheit herſpringenden Poſt-Regal (*a*) derer Chur und Fürſten des heil. römiſchen Reichs kürtzlich fürgeſtellet, und Herrn Ludolffs von Hornigk irrigen Meynungen entgegen geſetzet.

(3.) Adami (*Ioh. Ge.*) (1.) Vorrede zu Aug. Esmarchii neuer Auflage des Beweiſes, daß die Reformirten mit ihrer Lehre Chriſti Gnade von ſich ſtoſen in 8. 1722. Haec praefatio directa eſt contra D. Pfaffii Mängel der Geiſtlichen. (2.) eiusd. Adami Verheidigung des Reichs Archivs wegen des Originals der Augſp. Confeſſion wieder D. Pfaffen in 4. Auctor uerus eſſe dicitur *Erdmannus* NEUMEISTERUS, *Paſtor Hamb.* cel. uid. Goettens jetztlebendes gelehrtes Europa part. 1. p. 107. & III.

(4.) Adlemansthal (*Petr. Hartevvigus*) eſt nomen fictum, ſub quo latere uidetur *Petr.* DAHLMANN, cuius nomen deprehenditur p. 639. ſub fin. uerſionis germanicae tract. Monzambani *de ſtatu imperii romano-germanici*, cui tractatui addita eſt *uita Puffendorffii* Lipſ. 1710. in 8. uid. Reimanni *hiſtoriam litter. germanor. nouam part.* 3. 4tes Hauptſtück p. 457.

(5.) *Adria-*

---

principumque imperii, quibus maieſtaticum hoc ius uigore Superioritatis territorialis Sereniſſimis principibus Germaniae competens denuo aſſeritur ac inanibus oppoſitionibus, quibus Dn. Caeſareus Turrianus Emeranum Ackold oppetiit, reſpondetur. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1710. p. 300.

(*a*) Multa alia ſcripta, de hoc argumento agentia, comprehenduntur in *Scriptoribus & excerptis iuris Poſtarum*, Lipſ. 1710. in fol. 3. Alph. pl. 11. editis.

(5.) *Adrianus ab Andria* Adamantinus, ſub hoc nomine *Chriſtianus* HOHBURGIUS edidit ſcriptum von Religions Zanck und Streit 1677. in 12. uid. *catalogum biblioth. theol. Reimannianae* pag. 1133. Idem HOHBURG latet ſub nomine *Eliae* Praetorii, *Bernhardi* Baumann, *Chriſtiani* de Montalto, *Andr.* Sauberlichii, de quibus uid. Placc. *in pſeudon.*

(6.) Aeduus (*Ioh.* B.) eſt *Nic.* Rigaltius, qui ſub ficto hoc nomine edidit *epiſtolam, qua Iac. Auguſtus Thuanus a Iac. Cellarii, Rectoris collegii Monachienſis cauillationibus defenditur & ſimul eundem Cellarium admonitionis ad Ludouicum XIII, nec non myſteriorum politicorum auctorem eſſe indicatur* in 4. 1626. uid. le Long in *Bibliothèque hiſtorique de la France* num. 11885. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit, add. quoque Bibliothecam meam anonymor ſub uoce *Apologeticus*, ubi liber cum hoc conferendus occurrit.

(7.) Aengſterus (*Huldericus*) Sic ſe uocauit *Ioh.* BRENTIUS, *Theologus* ille celeberrimus, coactus a Pontificiis deſerere munus ſuum eccleſiaſticum, quo Halae Sueuorum fungebatur, & quidem in altera fuga hoc nomen aſſumſit, forſitan quia erat in anguſtiis, uel in Angſt. Sed neſcio, num etiam ſub ficto hoc nomine ſcripta quaedam ediderit. De eius uita & ſcriptis uaria notatu digna habet cel. Fabricius, abbas Helmſt. *in Hiſtoria Bibliothecae ſuae* part. 2. p. 19-23. Idem *Brentius* latet ſub nomine *Ulrici*

rici Encauſtii, Philippi Melanchtonis, Ioh. Vithlingii, uel Withlingii, de quibus uid. Placc. *in Pſeudon.*

(8.) Agricole (*Magne*) (*a*) ſub hoc nomine latet *Joſeph. Pierre* de HAITZE, qui edidit *Hiſtoire de ſaint Benezet* (*b*) *Entrepreneur du Pont d'Avignon, contenant celle de l'Ordre des Religieux Pontifes* in 16. *Aix* 1708. ap. *David.*

(9.) Agricola (*Theophil.*) eſt *Ge.* MAYER. uid. *Biblioth. Vffenbach.* Tom. 1. p. 958.

(10.) Aguirre. Hoc nomine uatiae notae inſigniuntur in *Nic.* ANTONII *Bibliotheca Hiſpanica*; ſed abbas AGVIRRE iſtas notas non confecit, uerum potius *Emanuel* MARTINI, *Decanus Alenconenſis.* uid. die Leipz. gel. Zeit. 1737. n. 95. p. 836.

(11.) Albinus (*Theophilus*) ſub hoc nomine *Ioh. Mich.* WEISE, *Paſtor Hohnſteinenſis*, edidit

---

(*a*) Monſ. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 1209. dicit: *Il faut, que cette hiſtoire contienne quelque choſe d'extraordinaire, puiſque il ſe trouve trois auteurs, qui l'ont publié ſous des noms empruntés.*

(*b*) Sanctus hic Presbyter & martyr mortuus eſt anno 723. tempore Aureliani imperatoris. uid. le Long l. c. n. 5534. & 4565, ubi iudicat, hanc uitam mendaciis eſſe repletam & nullam habere auctoritatem. *Sebaſtien Lenain* de TILLEMONT, *Adrien* BAILLET & *François* GIRY, diuerſis temporibus etiam huius ſancti uitam ediderunt. Primus hanc uitam exhibet *dans les Memoires pour l'hiſtoire de l'Egliſe* p. 38. Tom. 3. Secundus in *collectione ſua uitarum ſanctorum* die 1. Nou. Tertius etiam in *collectione ſua uitarum ſanctorum die* 1. Nou. Exſtant quoque adhuc tres uitae ſancti huius deſcriptiones, ab auctoribus anonymis profectae, quas allegat le Long. l. c. num. 5534.

dit entlarvtes Idolum der Wünſchel Ruthe 1703. uid. *obſeruationes miſcellaneas Lipſienſ.* 1712. Tom. I. p. 515. 516.

(12.) Alethaei (*Theophili*) gründliche Erläuterung der dunckelſten und ſchweren Oerter, und Steine des Anſtoſes A. und N. T. in welcher der Sinn des heil. Geiſtes aus der Natur und Eigenſchafft der Sprachen, Antiquitaet und Zuſammenhang vor Augen geſtellet wird. Leipz. 1714-1727. Prodierunt ſaltim 65. partes, & quaelibet pars (*a*) plag. 6. Quae partes coniunctim fere explent 6. uolumina in 8. (*b*) Primus auctor eſt M. *Laurent.* MVLLER, *Corrector Schleuſingenſis, poſtea Diaconus Sublenſis*, poſt cuius mortem, quae incidit in annum 1721. eius labores continuauit M. *Ierem.* FRIDERICI, Sonnabends Prediger zu Leipz. uid. die Samml. von theol. Sach. 1728. p. 90.

(13.) Alethinus (*Theophilus*) S. I. A. E. eſt *Ioh.* CLERICUS, qui ſub hoc nomine ſcripſit *praefationem & notulas ad Dionyſii Petauii dogmata theologica*, 6. *Tomis* 1700. in *fol.* 29. Alph. ſecundum edita *Antverpiae*, (*Amſtelod.*) in qua *Petauium* defendit contra *Chriſtoph.* Sandium. uid. cel. *Wolfii Hiſtoriam Bagomilorum* cap. 2. §. 7.

(*a*) Quaelibet pars habet 2. ſectiones, in 1.) explicantur *dicta biblica* in 2.) recenſentur *commentatores in Scr. S. libros.*

(*b*) Contenta partis 1-7. indicantur in den Unſchuld. Nachr. 1714. p. 146. 358. & 486. contenta partis 8 - 65. in der Samml. von theol. Sach. 1728. p. 90 - 98. add. die Leipz. gel. Zeit. 1727. p. 525.

p. 57. & *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1700. p. 230. add. *les Lettres de Mr. Bayle* Tom. 2. pag. 731. Idem Clericus latet ſub nomine Liberii de S. *Amore*, *Critobuli Hierapolitani*, *Batavi Theologi*, *Hollandiae Theologi*, de quibus uid. Placc. *in Pſeudon.*

(14.) Alethophilus (*Chriſtianus*) eſt *Ioh.* FISCHERUS, *Superintend. General. Rigenſis* uid. die Unſch. Nachr. 1712. p. 165. & Spenerum *in Conſiliis latinis Part.* 1. p. 17. 18. & 95. ſq.

Alethophilus. Sub hoc nomine Baro de METTERNICHT, *Reformatus*, qui paucis ante annis Rudolphopoli in honore principis aulicorum mortuus eſt. (*a*) uaria edidit ſcripta, e. g.

1.) Die wahre Vollkommenheit (*b*) und Glückſeelig-

(*a*) Fuit *Regis Boruſſiae Status Miniſter intimus & eiusdem in Comitiis Ratisbonenſibus legatus.* Qui non multo ante obitum tempore cum omni ſua familia ad romanam ecleſiam deſciuit. Scriptum huius Baronis, quo apoſtaſiam ſuam defendere conatus eſt, refutauit ipſius frater germanus, recto tamen nomine uid. in bibl. mea anon. uoc. Gedancken über das Soliloquium.

(*b*) Tractatus hic primum prodiit 1705. & 1708. edebatur auctior. (Sed in den theologiſchen annalibus 1725. pag. 294. n. 4. recte iudicatur, translationes & crebriores ſcripti cuiusdam editiones non ſemper eſſe indicium boni libri, ut ex hoc exemplo appareret.) *Amſtelodami* (ut titulus habet) in 12. alii habent in (8.) annectebanturque Alethophili Fernere Erläuterung der Lehre von der Rechtfertigung. it. eiusd kurtzer und leichter Weg zu einem GOtt und Menschen wohlgefälligen und glückſeeligen Leben. Tertia editio prodiit *Francof. & Lipſ.* 1724. in 8. 1. Alph. cum noua appendice von den Verſuchungen Chriſti und dem Indifferentiſmo, und einer Vertheidigung gegen einige Puncte, die Philipp Naudé angefochten.

ſeeligkeit (*a*) in dieſer Welt, worinnen dieſelbe beſtehe, und mittelſt welcher Ubung man durch die Gnade Gottes dazu gelangen möge, wobey die Lehre von der Rechtfertigung alſo vorgeſtellet wird, daß dem Faulen ſeine falſche Ruhe, dem Werckheiligen aber ſein nichtiges Vertrauen gäntzlich benommen wird. (*b*)

2.) Gedancken von der Gnade zur Rechtfertigung der wahren Theologiae myſticae, deren Weſen, Urſprung und Würckungen (*c*) nebſt einem doppelten Anhange 1723. in 12. pl. 14.

(*a*) (Magnif. Loeſcherus) in *annalibus theolog. decennio* I. p. 593. iudicat, *hunc tractatum unum eſſe ex periculoſiſſimis noſtri temporis tractatibus & compendium fanaticarum opinionum.* Auctor contendit 1) *iuſtificationem & ſanctificationem eſſe unum idemque* 2) *aliquem etiam ſaluari poſſe, licet hiſtoriam de Chriſto neſciat, nam hanc non pertinere ad eſſentiam fidei.* §. 123. 3.) *cupidinem carnis non eſſe peccatum* §. 14. Auctor ubique prae ſe fert notitiam in bibliis ſacris & ideo eo accuratius eſt examinandus. uid. etiam die Leipz. gel. Zeit. 1724. p. 812.

(*b*) Contra hunc librum publice 1725. ſcripſerunt *Clarkius, Edsbardus* & *Sykes.* 1725. prodiit belgica huius libri uerſio ſub tit: De Ware Volmaaktheit en Gelukzaligkeit in dere Werelt Amſterd. in 8. pl. 20. quae recenſetur in der Republyk der Geleerden 1724. menſ. Sept. & Oct. n. 5. add. die Leipz. gel. Zeit. 1725. p. 984.

(*c*) In hoc tractatu craſſiſſimus Fanaticiſmus, Naturaliſtarum, uel Deiſtarum Pelagianiſmus latet. Auctor quoque perperam uniuerſalem & particularem dei gratiam deſcribit. uid. die Samml. von theol. Sach. 1721. p. 835-837. Antea hic tractatus iam prodiit 1721. appendicis loco cum tract. cui tit. wahre Lehre der Reformirten vom heil. Abendmahl, de quo uid. infra n. 7. Verboſiſſime tractatus von der Gnade recenſetur in der Samml.

3.) Die wahre Theologia (*a*) myſtica aus heil. Schrifft bewährt und von den falſchen Concepten des Hrn D. Hermann Scheins, Mennoniſten Predigers in Amſterdam geſaubert. Franckfurt und Leipz. (*b*) 1ſter Theil 1725. 2ter Theil 1726. in 8.

4.) Kern des Chriſtenthums. (*c*)

5.) Von der Wiederbringung aller Dinge. Quam Baro *de Metternicht* propugnat & defendit.

6.) Anleitung (*d*) (kurtze) zum rechten, beſtändigen

---

von theol. Sach. 1724, p. 762 - 773. add. die Leipz. gel. Zeit. 1724. p. 812.

(*a*) Recenſentur hoc ſcriptum in der auserleſ. theol. Biblioth. (Coleri) part. 9. n. 6. add. die Leipz. gel. Zeit. 1725. pag. 23. Auctor *Poiretum* & craſſiſſimos myſticos ſtilo defendit acerrimo.

(*b*) Auctores der Samml. von theol. Sachen dicunt, prodiiſſe hoc ſcriptum *Halae* 1. Alph. Auctor proprietates & differentiam myſticorum oſtendit & ad 21. accuſationes D. *Scheinii* (uel *Schynii*) reſpondere conatur, cuius tractatus der Menſch in Chriſto, oder das geiſtliche Leben der Gläubigen etiam in Batauia refutatus eſt.

(*c*) Baro *de Metternicht* primum nouem has tractationes, quae hunc tractatum conſtituunt in peculiaribus ſchedulis publicauit, quae poſtea collectae & in unum tractatum relatae ſunt.

(*d*) Continentur in hac introductione quidam tractatus myſtici & fanatici 1.) agit von innern Leben 2.) von der reinen unintereſſirten Liebe Gottes 3.) Extract eines Schreibens an einen guten Freund von dem immerwährenden Gebeth. 4.) wie man zum experimentalen Erkänntniß Gottes kommen möge. 5.) von der Gnaden Wahl, Gnade Gottes und beſſern Gerechtigkeit 6) von der eigenen und falſchen Gerechtigkeit 7) vom Urſprung des Böſen.

digen und ſichern Grunde des innern Lebens. (*a*) Editio 2. 1727. in 12. Auctorem huius ſcripti ſe eſſe profitetur *de Metternicht* in der Vorrede zu den Gedancken von der Gnade. Editio 1. prodiit zu Franckf. 1722. in 12. pl. 8.

An etiam illius auctoris ſcriptum ſit epiſtola von neuen Propheten, (*b*) quae prodiit ſub no- (A) 5 nomi-

---

Auctor ſequitur potiſſimum chimaeras *de Molinos*, *Madame de Guion*, Theomili ſtete Freude des Geiſtes, das Leben der *Armella Nicolas*, *Kempiſium* & *Taulerum*. Inſperſit tamen etiam proprias cogitationes.

In tractatione de gratia ſeruat illas rationes, quas iam propugnauit in tract. de gratia, ſeorſum 1721. edito, quod & probat, unum eundemque utriusque ſcripti eſſe auctorem.

De origine mali recte docet, illud prouenisse ex abuſu concreatae libertatis. Quae in his tractatibus improbanda ſunt uid. in der Sammlung von theol. Sachen 1723. p. 440-445. Adhaeret ſcriptiuncula moralis nimirum Wilibaldi Pirckheymeri Baum der ſieben Tod Sünden mit ſeinen Aeſten und denen Hülffs Mitteln wieder dieſelbe.

(*a*) Vide auctorem *Biographiae Poiretianae*, eius *operibus poſtumis* praemiſſae, §. 57. p. 36. qui uirum pietate & eruditione illuſtrem huius ſcripti auctorem eſſe indicat, adde *Bibliothecae Maſtrichtianae* auctorem p. 239. Stilus & hypotheſes huius ſcripti probe conueniunt (ut indicat cel. Reimann. *in catal. Bibl. theol.* p. 772.) cum genere dicendi tractatus von der wahren Kirche, de quo uid. in *anonymis germanicis Bibliothecae meae*, qui tractatus etiam huic Baroni tribuitur, add. etiam alium eius librum anonymum, ſub tit: Spiegel der Vollkommenheit in Bibl. mea.

(*b*) De quo ita iudicat cel. Reimannus in *catalogo Bibl. th.* p. 685. *Inſunt huic ſcripto multa protrita, quotidiana, uulgaria; ſed & praeclara multa & ſingularia & ad hiſtoriam Neo-Prophetarum cognoſcendam egregie facientia.*

Varias paradoxas theſes ex huius Baronis ſcriptis praeſertim de iuſtificatione & fide adducit *Reimannus* l. c. p. 772.

mine *Alethophili, Coloniae* 1715. in 4. non ſatis certus ſum. Recenſetur haec epiſtola in den Unſch. Nachr. 1712. p. 531. ſed auctor non detegitur.

7.) Idem edidit, quod fatetur in der praefat. zu dieſen Gedancken: Wahre Lehre der Reformirten vom heil. Abendmahl (*a*) ſamt noch zweyen Tractaetlein 1.) von der Gnade (de hoc uid. ſupra n. 2.) 2.) von Aufhebung der Trennung in der chriſtlichen Kirche (*b*) 1721. in 4. pl. 10. (*c*) Hic

(*a*) Omni conatu auctor in hoc ſcripto contendit *unire Reformatos & Lutheranos*, ideo dicit, neminem de Reformatorum doctrina ſatis edoctum eſſe, differentiam inter nos & illos tantum conſiſtere in modo & ratione, quam aſſequi non poſſemus, quam tamen deus reuera ſit impleturus, ſi modo uiuam fidem, per amorem efficacem, haberemus, contendit §. 8. Reformatos docere, quod uere & realiter cum corpore & ſanguine Chriſti nutriremur ad uitam aeternam uid. plura in der Samml. von theol. Sachen 1721. p. 831. ſq. coll. p. 1088. Part. 2. modum & rationem, qua corpus & ſanguinem Chriſti accipimus, explicare tentat, dicens, Chriſti corpus & ſanguinem accipere, nihil aliud eſſe, quam eius ſpiritum accipere Ioh. 6. v. 51-55. Part. 3. ſtatuit, non eſſe cauſſam, cur a Reformatis ſe Lutherani ſepararent. §. 64. etiam Catholicos in fundamento cum Reformatis & Lutheranis conuenire.

(*b*) In hoc ſyſtemata & formulas fidei ui introductas eſſe ſtatuit. §. 55. 56. deum nolle, ut omnes homines unas easdemque de rebus ideas haberent, non iraſci imperfectioni intellectus, ſi modo uoluntas ſit ſincera. Calumniatur quoque miniſterium eccleſiaſticum, perſtringit artes papatus & uitia conciliorum atque colloquiorum theologicor. puritatem eccleſiae non in doctrina, ſed uita conſiſtere. Varia unionis momenta, ab utraque parte obſeruanda, proponit exinde die Samml. von theol. Sach. 1721. p. 839. ſq.

(*c*) Contra hoc ſcriptum prodiit Beleuchtung dieſer Schrifft durch einen von unſern vornehmſten und wich-

Hic tractatus *Graezii in Variſcia* impreſſus dicitur, *Ratisbonae* in conuentu ſtatuum euangelicorum diſtributus, a multis etiam approbatus eſt. uid. die Sammlung von theol. Sachen 1721. p. 1088.

8.) Meditationes aliquot ſacras & philoſophicas. *Francof.* 1729. in 8. pl. 15. Auctores der Samml. von theol. Sach. 1731. p. 788. dicunt, auctorem huius ſcripti ſine dubio eſſe celebrem *ſtatus publici miniſtrum*, qui per uarios myſticos & paradoxos tractatus innotuiſſet, quod ad Baronem *de Metternicht* quadrat. Verboſe hae *meditationes* examinantur in der Samml. von theol. Sach. 1731. p. 788.

(15.) Alethophilus, qui edidit *ueritatem lacrymarum*, *quae Euphormioni Barclaji* parte *V.* ſubiungi ſolent, uero nomine uocatur *Claudius Barthol.* MORISOTUS, edito *orbe maritimo* quoque clarus uid. *les nouvelles lettres de Mr. Gui Patin à Charl. Spon* T. I. p. 17. 18. *Amſtel.* 1718. in 12. mai. edit.

(16.) Aletophilus (*Sincerus*) eſt D. SCHMIEDER. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 248.

(17.) Alethophilus (*Chriſtianus*) P. P. i. e. *Puchovia - Pannonius*, patria auctoris, (non Prof. Publ. ut quidam ignarus forſitan interpretari poſſet.) *De Scripturae Sacrae atque antiquitatis eccleſiaſticae* (*a*) *in Theologia uſu & auctoritate.* *Ienae*

---

tigſten Theologis, ex cuius ſolida refutatione potiora momenta ſuppeditat die Samml. von theol. Sach. 1721. p. 842-849. coll. p. 1090.

(*a*) Scriptum habet 6. capita 1.) agit *de diſſenſu religionum eiusque cauſis* 2.) *de Scr. S. eiusque ſuprema in*

Ienae 1735. in 4. pl. 18. Auctor eſt *Sam.* TESCHEDICK (non *Teſchedick*, ut perperam eſt in der Samml. von theol. Sach. 1735. p. 790.

(18.) Alitophilus, eſt *Bartholomaeus* FRANCK, *ICtus*, qui ſub ficto nomine iſto edidit: Praeliminar Vertheidigung 1675. in qua defendit ſcriptionem nominis *Alitophilus* (quam *Strauchius* magni erroris arguerat) dicens, η uarie olim pronuntiatum fuiſſe, modo per i modo per e. mutatum quoque ſaepe th. in t. uid. D. *Aegidii* Strauchii *refutationem Frankii* p. 3. & *Hiſtoriam Biblioth. Fabric.* p. 406. part. 4. qui & ibidem uaria ſcripta, ad controuerſiam Strauchianam ſpectantia, indicat.

(19.) Amadeus Pacificus. *Petrus* Monadus, *Ieſuita*, nomine ſuo ſuppreſſo 1624. edidit: *Amadeum Pacificum, ſeu de Eugenii 4. & Felicis 5. controuerſiis Commentarium Taurini*, qui commentarius a *Bzovio* totus pene deſcriptus & Tomo 17. *Annalium* eo fine adiectus eſt, ut quae antea de Felice ſcripſerat, caſtigaret.

(20.)

Theologia auctoritate 3.) *de uerbo dei non ſcripto, ſiue traditione apoſtolica, ut uocant* 4.) *de antiquitatis eccleſiaſticae uſu & auctoritate ex mente doctorum eccleſiae romanae* 5.) *de uſu & auctoritate traditionis eccleſiaſticae ex mente doctorum eccleſiae Lutheranae.* 6.) *de uſu huius tractationis morali, duplici alloquio ad Proteſtantes*, ut ueritatem cum pietate coniungant & aduerſarios ſuos bonis exemplis conuincant, it. ad catholicos, ut praeiudicatas contra nos opiniones deponant, iuramenta & pacta nobis ſeruent, coecum contra nos zelum abiiciant, & mentes noſtras modo imprudenti non cogant. Adhaeret bibliotheca ſcriptorum, antiquitatem eccleſiae romanae abiudicantium, eam contra eccleſias euangelicae adſerentium uin-

(20.) Ambriſettus (*Vincentius*) Verus auctor eſt D. *Ioh. Wolſgang* TEXTOR, (*a*) qui ſub ficto iſto nomine publicauit *Telum defenſum*, uid. *catalog. Bibl. Mencken.* p. 285. & D. *Ioh.* Fabricii diſp. *de Theologia eclectica* §. 24.

(21.) von Ambeer (*Levinus*) Sub hoc nomine *Immanuel* WEBERUS, per anagramma eruendus, *Prof.* quondam *Giſenus*, edidit *Hiſtoriam Germanicam* Sec. 16. & 17. FRANCKENSTEINII, *Prof. Lipſienſis*, ſed ualde uitioſa haec editio eſſe dicitur. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1717. p. 854. Ideo filius Franckenſteinii accuratiorem editionem ex MSto patris promiſit. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 240. & 462.

Aliud ſcriptum, ſub eodem ficto nomine *von Ambeer* editum (nimirum den vernichteten Frantzöſiſchen Religions Poppanz) adducit Placc. num. 141. *Pſeudonym.*

(22.) Amelius (*Theophilus*) eſt *Petr.* ZORNIUS, *Director quondam Gymnaſii Sedinenſis, nunc Thorunenſis*, qui edidit Erörterung der dun- ckelſten

dicantiumque. Auctor igitur oſtendit, apoſtatas rationem non habere, cur a nobis, propter nouitatem ſectae, ut uocant, deficerent.

(*a*) Idem ſub ficto nomine *Iuſti Vindicii Seueriani* edidit *Telum defenſiuum* pro *Vincentio Ambriſetto* 1670, in qua ſuam ſententiam de reuocandis ad concordiam tribus religionibus, in imperio Romano - germanico receptis, quam antea in libro *de uera & uaria ratione ſtatus germaniae modernae* cap. 21. propoſuerat, defendit contra *Ioh. Ioachimi* Zentgrafii *iteratam Syncretiſmi confutationem*, pro defenſione diſputationis *Ge. Bartholdi* Schragmülleri ſub tit;

ckelſten und ſchwehrſten Schrifft Stellen A. (*a*) T. it. Erörterung der dunckelſten und ſchwehrſten Schrifft Stellen im N. T. 1711. Cölln am Rhein und Franckf. (Verius zu Hamburg) 1712. 2. voll. in 8. Die Erörterungen über das Alte Teſtament prodire coeperunt 1725. in 8. 3. Alph. & quaedam plagulae (potius zu Hamburg) in 8. Contenta huius collectionis paucis ſuppeditantur

Syncretiſmi nonneminis detecti & enecti, ſubque praeſidio D. *Seb.* Schmidii Argentorati 1669. habitae ſcriptam, & ibidem editam, in qua *Textoris* ſupra indicatam ſententiam de conciliandis tribus religionibus refutauerant.

(*a*) cel. Reimannus in *catal. bibl. theol* p. 633. *laudat quidem auctorem ob linguae graecae & antiquitatum peritiam, & quod plurimis locis lucem affuderit, ſed reprehendendum putat, quod nullum ordinem obſeruet, incerta & bulgaria immiſceat, dictis Scr. S. de deſcenſu Chriſti ad inferos uim inferat, Vatinianum erga omnes Theologos odium, & occultum in Socinianos ſtudium prodat.* Prodiit etiam paulo poſt initia illuſtrationum *Amelii* C. G. Fiſcheri *Examen noui menſtrui* in 4. (nam hae illuſtrationes ſingulis menſibus prodibant) Pars 2. harum illuſtrationum in V. T. euulgata eſt *Francof.* (uerius *Hamburgi*) 1728. in 8. 3. Alph. pl. 6. uid. die Samml. von theol. Sach. p. 212, cuius auctores iudicant, *Zornium* Calmeti labores biblicos ſtudioſe in uſum ſuum conuertiſſe. Improbant quoque, quod omnia ſcripta eriſtica reiiciat. adde die Unſch. Nachr. 1711. p. 532. ubi contenta trium priorum menſium anni 1711. Ianuar. Febr. & Martii recenſentur, add. die Unſch. Nachr. 1713. p. 117-120. ubi contenta reliquorum huius anni menſium ab Aprili usque ad Decembr. exponuntur, ſed (magnif. Loeſcherus) in den Theol. annal. 1712. p. 61. iudicat, plurimas *Amelii* explicationes adhuc examine indigere. cf. auctorem der Gedancken von Journalen Tom. I. p. 523. Fabricius autem in *Hiſtoria bibliothecae ſuae* part. 6. p. 431.

ditantur in der Sammſ. von theol. Sach. 1726. p. 1019-1026. de illis uide das 3te Stück der Anmerckungen (b. Coleri) über allerhand materien p. 414. & Schlichteri *obſervationes ſacras, obſerv.* 50. §. 6. add. cel. Stollii Anleitung zur Theol. Gelahrheit p. 99. (*a*)

(23.) Ancyranus (*Marcell.*) uero nomine eſt *Iac.* BOILEAU. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. pag. 275.

AB ANDRIA uid. ſupra ſub uoce *Adrianus*, num. 5.

(24.) Aneponymus (*Wilh.*) *Philoſophus*. Auctor genuinus eſt *Guil.* de CONCHIS, *Normannus*, *patria Ebroicenſis*, ab oppido *de Conches* cognominatus, qui ſub iſto ficto nomine edidit 1.) *Dialogum de ſubſtantiis phyſicis ante annos* 200. *confectum*, item libros tres incerti auctoris eiusdem aetatis 1.) *de calore uitali* 2.) *de mari & aquis* 3.) *de fluminum origine*, induſtria *Guilielmi Grataroli*, (*b*) *Medici*, quaſi ab interitu uindi-

---

auctorem ſine ulla cenſura dimittit eiusque labores ualde laudat, nec non quaedam de uita *Zornii* ſubiungit. Latet etiam *Zornius* ſub nomine *Critopuli*, *Pezroni & Clari a S. Cruce*. uid. *Fabricius* l. c. p. 433. & adde infra ſub uoc. *Pezron* & *a S. Cruce*.

(*a*) *Amelio*, qui in der Erörterung der ſchwehrſten Stellen N. T. *Decadem I. obſeruationum ſacrarum* Erdmanni Neumeiſteri *ex patribus Apoſtolicis* acerbe tractauerat, reſpondetur a Neumeiſtero *in praefat. ad Decad.* 2. *harum obſeruationum.*

(*b*) de hoc uid. das allgemeine Hiſtoriſche Lexicon & Lexicon Moreri.

uindicatos, *Argent.* 1567. uid. Tomum 2. huius ſcripti p. 1228. adde die nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche part. 3. p. 252. Idem latet ſub nomine *Helinandi.* uid Placc. in *Pſeudon.*

(25.) Angelus (*a*) (*Ioh.*) ſub hoc nomine latet D. *Ioh.* SCHEFFLER.

(26.) Angelus (*b*) (*Ioh.*) ſub hoc nomine *Iodocus* KEDDIUS, *e Soc. Ieſu*, publicaſſe dicitur Praedicanten Beruf, Königsberg 1689. in 4.

(27.) d' Anjou. *Abregé de l' hiſtoire romaine de la traduction de M. le Duc d' Anjou* cum eiusdem commentariis 1656. Mr. Gui Patin *dans les nouvelles lettres à Charles Spon* T. 2. p. 181. perſuaſum ſibi habet, illud ſcriptum *Mothio* VAYERIO, eius (ducis d' Anjou) praeceptori, deberi.

(28.) Anlonius (*Matthaeus*) eſt VIRETUS (*c*) uid. *Eſſais de litterat.* Tom. I. p. 11.

(29.) Ano-

(*a*) Qui hoc nomen mutuauit a monacho quodam hiſpanico, Myſtico Sec. 16. & uaria ſub hoc nomine edidit ſcripta, de quibus uid. die Unſch. Nachr. 1727. p. 33. Idem Scheffler latet ſub nomine *Hieroth.* BORANOVVSKI & ſub nomine *Chriſtiani* CONSCIENTIOSI, de quibus uid. Placc. *in Pſeudon.*

(*b*) Contra hunc D. *Melchior* Zeidler edidit *Lutherum defenſum.* uid. *Ioh. Alb. Fabricii Centifolium Lutheranum* p. 330. Idem Keddius latet ſub nomine *Matthiae* PRAETORII uid. Placc. *in Pſeudon.*

(*c*) *Petrus Viretus* latet etiam ſub nomine *Firmiani* (qua uoce alludit ad uocem *petra, rupes*, quae firmae eſſe ſolent) *Chlori* (χλωρὸς autem ſignificat *uiridem*) de quo uid. Placc. in *pſeudon.* ſed neſcio num hic *Viretus*, qui latet ſub nomine *Anlonii*, etiam praenomen *Petri* habuerit.

(29.) Anonymus (*Chriſtianus*) eſt D. *Ioh. Philipp* ODELEM (*a*) qui D. *Ioh. Wilh.* PETERSENII *Myſticae domui piae Chloes Corinthiae Francof. & Lipſiae* 1719. etiam germanice editae, adiecit 1.) praefationem, in qua propoſitum auctoris laudat, animumque ſuum a ſchiſmatibus alienum declarat. uid Fabricii *Hiſtoriam bibliothecae ſuae* part. 4. p. 84. Idem ſub eodem nomine edidit.

2.) Anmerckungen über die vierte Streit Frage im abgewieſenen Demas 1716. in 4. pl. 3. *an Scr. S. ab omnibus legi debeat?* (*b*) adde Fabri-

---

(*a*) *ICtus Brunſuicenſis*, Halae Doctoris honores adeptus, natus 1678, annum autem mortis eius ignorat cel. Stollius in den Noten zu Heumanni conſpectu p. 781.

(*b*) Odelemius putat, *Scr. S. non ab omnibus promiſcue eſſe legendam, ſed ab illis tantum, qui ſine offenſione id facere queant.* Conatur reſpondere ad illa dicta, quae pro lectione Scr. S. omnibus concedenda, plerumque adducuntur & contrarium ex Hebr. 5. v. 12, 13. 1. Cor. 3. 1. 2. 3. probare contendit, ſed uim infert dictis & illa peruertit. p. 1. omnia ſcripta contra papatum inutilia eſſe dicit. Affirmat more Ieſuitarum, Dominum territorii contra Reuerſales exhibitas ſalua conſcientia aliam religionem, renitentibus licet prouinciae ſtatibus, introducere poſſe. Lutheri uerſionem & nomen Lutheranorum reprobandum eſſe putat. Libros ſymbolicos cum Arnoldo, inutiles, erroneos & maxime noxios libros uocat, Scripturae S. uim inſitam mouendi denegat. p. 15. Optimum medium eſſe componendi controuerſias, ſi hominum e manibus Scriptura S. extorqueretur. Quorundam impiorum doctorum naeuos toti eccleſiae tribuit. Falſa, quae *Fabricius*, *Arnoldus* & *Thomaſius* de eccleſia Lutherana ſcripſerant, prorſus approbantur. Indifferentiſmum optimam religionem eſſe cenſet & tamen ſpeciem orthodoxiae uult prae ſe ferre uid. die Unſch. Nachr. 1716. p. 1054. ſq.

cium parte citata, p. 482. *(a)* ſq. ubi quaedam *de ſcriptis & uita Odelemi* occurrunt, collata *part.* 5. p. 185.

(3.) Anmerckungen *(b)* über M. Joh. Chriſtian Kochs abgewieſenen Indifferentiſten, und D. Va-

(*a*) Loco priori auctorem uocat *liberioris uirum ingenii, quam ut traditionum iugo collum facile ſubmittat, non tamen pertinacem, ſi meliora doceatur.* Sed cel. Reimannus *in catal. Biblioth. theol.* p. 705. ita de auctore iudicat. *Vir doctus, acutus & in controuerſiis theologicis non perfunctorie uerſatus, ſed cum circumſpectione legendus ob* μακρολογίαν *& bilis ſaliſque ſatyrici intemperiem; Nec non ob* παραδοξοφιλίαν παππομανίαν, ἰδιοσυγκρασίαν, πολυπραγμοσύνην *& plus quam Vatinianum, quo omnes Antiſtites eccleſiae Lutheranae proſequitur, odium, ut ut ipſe ex hoc ordine prognatus, (Theologiam primum, tum Iuriſprudentiam & tandem utrumque profeſſus) & religioni euangelicae ſit deditus.*

(*b*) Ad has annotationes reſpondit Kochius in den Unſch. Nachr. 1719. p. 842. Ubi Chriſtianum anonymum conuincit, quod ipſe ſibi nomen *Indifferentiſtae* tribuat, & *Indifferentiſmum religionum orthodoxorum* edere promittat; quod multos orthodoxos theologos calumnietur; uocem Beichtvater reiicit & putat, ordinem eccleſiaſticum hoc modo laicos ſub iugum ſuum mittere uelle. Contra omnem ueritatem ſcribit, in noſtra eccleſia traditiones praeferri S. Sacrae, Ieſuitam *Krauſium* tam ſolida protuliſſe arbitratur, ut refutari nequeat, quod tamen D. *Zeibich*, M. *Krauſold*, auctores der Unſch. Nachr. D. Loeſcher in den Jubel Geſpråchen abunde praeſtiterunt. Impie affirmat, mutatione religionis hominum ſalutem periculo non exponi, p. 23. chriſtianam religionem in mera Bigoteria conſiſtere; probari non poſſe, quod eccleſia romana aliud Euangelium praedicet, quam Chriſtus & Apoſtoli eius praedicauerint. b. Lutherum ſuperbiae, ſingularitatis & pertinaciae accuſat. Ridet eccleſiae miniſtros, quod ſe paſtores

D. Valent. Ern. Loeſchers Unſch. Nachr. de anno 1716. p. 10[illegible]. & anno 1717. p. 225. Franckf. und Leipz. 1719. in 4. 16. B.

(B) 2 4.) Be-

---

uocent, cum tamen ipſe Chriſtus illis hoc nomen non tribuerit. Tempora noſtra felicia uocat, quibus tot ad papatum tranſirent. Sub reuerſalibus principum magnum arcanum clericale latere putat p. 36. Iuramentum religionis abſurdum eſſe cenſet; Hans *Engelbrechtii* reuelationes ueras & diuinas eſſe arbitratur; cum Thomaſio Formulae Concordiae tribuit einen Hirn Glauben, ita ut Laici in illa truncorum inſtar habeantur, qui credere deberent, quod placeret Clericis, cum tamen Formula Concordiae & omnes libri ſymbolici ad uerbum Dei remittant, p. 57. impie contendit, in Scr. S. multa prorſus ſuperflua contineri, & ſimplicibus hominibus illam multoties ſcandalo eſſe poſſe; it. illam magis obeſſe, quam prodeſſe. Verſionem Lutheri nimia feſtinatione ſcriptam & tantopere immutatam eſſe, ut pro Lutheri labore haberi nequeat pag. 68. Lutherum egregie potuiſſe calumniari & conuiciari p. 78. illicita ſatyra miniſterium perſtringit, quod pro baptiſmo infantum, ſepultura & copulatione pecuniam ſumerent. Papiſtas lectionem bibliorum Laicis non prohibuiſſe contendit. pag. 90. omnes conſequentias theologicas, ex Scr. S. petitas, reiicit, & noſtros theologos uocat Conſequenzen Macher. Sed Doctiſſim. Kochius ad omnia haec ſcandaloſa momenta l. c. breuiter, neruoſe tamen & ſufficienter reſpondet, praeſertim ſub fin. monet, dominatum Clericorum in papatu longe maiorem eſſe, quam Clericorum Lutheranorum, adeoque illorum potius, quam horum dominandi pruritum fuisſe perſtringendum; item ſi Chriſtianus *Anonymus* genuinus Indifferentiſta eſſe uellet, uemini ſuadere poſſe, ut ad religionem Papiſtarum tranſeat, nam Indifferentiſtam neutri parti magis, quam alteri debere eſſe addictum, & ſtatuere quod aliquis in fide Lutheranorum aeque ſaluari poſſit, quam in Papiſtarum, quid ergo opus eſt religionis mutatione? Optime igitur cel. *Kochius* contra Chriſtianum anonymum *κατ᾽ ἄνθρωπον* diſputat.

(4.) Beantwortung auf Hrn. D. Joh. Gottlob Stoltzens ſo genannte, mit Recht verworffene, theologiſche und politiſche Religions Neutralitaet, nebſt einer Ermahnung die ſectiriſche Gewalt über die Gewiſſen aufzuheben und abzuſchaffen, ingleichen über die Abgötterey mit der menſchl. auctoritaet, und die umfreſſende Seuche (gangraenam) der unnöthigen controuerſien, hingegen der wahren Einigkeit des Glaubens nachzugehen. Leipz. 1719. in 4. De hoc ſcripto, in quo craſſiſſimus Indifferentiſmus latet, uid. die neue Häll. Bibliothec Tom. 9. p. 905.

5.) Papiſtiſche Herrſchafft (a) der Lutheriſchen Prediger über ihre Beicht Kinder und Ausſchlieſſung vom heil. Abendmahl, welche von unterſchiedlichen Miniſteriis über die in der Stadt Braunſchweig 1604. entſtandene Unruhe durch Reſponſa und Cenſuren vertheidiget worden, nebſt einem Vorbericht.

6.) *Litteras theologico-politicas de ſereniſſimi Antonii Vlrici, qua religioni reformatae addictos ad iura ciuitatis Brunſuicenſis inuitauit* 1708.

7.) *Epiſtolam reſponſoriam* (ſiue Beantwortung) *ad Chriſti. Anonymi (b) literas de tolerantia*

(*a*) Celeb. Stollius in den Noten zu Heumanni conſpectu pag. 781. ex ſcriptis ODELEMI hoc ſolum allegat, quia ipſi forſitan prae caeteris argumentum pertractatum, & contra clericos directum, arriſit.

(*b*) Auctor ſibi ipſi reſpondet, ut ſtilus ſatis probat. Valde perſtringit D. *Schberdtnerum* & eius Antagoniſtam P. *Sonnemannum* laudat p. 6. Lutherum ex afflatu maligno, non Spiritus S. contra Pontificios nullum non crimen in

tia omnium in imperio Romano-germanico receptarum religionum 1709. germanice ſcripta eſt epiſtola in 4. pl. 2. *contra Zephyrinum de Pace.* Conf. etiam ſub uoce *Zephyrini*, ubi ſcriptum contra *Odelem* occurrit, & ſub uoce *Severini*, ſub qua etiam latet ODELEM.

8.) Edidit etiam hic *Chriſtianus* ANONYMVS *Vindicatam ueritatem contra Coleri hiſtoriam Godofredi Arnoldi Francof.* 1719. in 4. pl. 5. ſed hic diuerſus eſſe uidetur a *Chriſtiano* ANONYMO. Sub finem dicitur, hoc ſcriptum *Perlebergi* impreſſum eſſe, ſed omnia indicia perſuadent, illud *Gieſae* elaboratum fuiſſe, nam auctor ſe uocat diſcipulum D. *Maji.* De ſcopo huius ſcripti uid. die Samml. von theol. Sach. 1719. p. 840.

(30.) D' Antimon (Sieur) ſub hoc nomine ficto *Nic.* CLEMENT, *de Toul*, *cuſtos bibliothecae regiae Pariſienſis* edidit *Defenſe de l' antiquité de la ville & Siege epiſcopal de Toul contre la diſſertation d' un Anonyme* (quae diſſ. adhaeret *au Syſtéme chronologique & hiſtorique des Evêques de Toul par Abbé Riguet* 1701. in 8. & edita eſt *pour prouver, que la ville de Toul eſt le Siege epiſcopal des Leuçois, à Paris* 1702. in 8. apud *Langlois.* Syſtema illud *Le Long* allegat l. c. n. 4424. ANTIMONII autem ſcriptum adducit n. 4425. & in numeris praecedentibus alia etiam ſcripta, de *hiſtoria epiſcopatus Tullenſis* (*Toul*) agentia, indicat.

operibus ſuis euomuiſſe, immiſcet etiam denuo multa abominanda indifferentiſtica. uid. die Unſch. Nachr. 1709. p. 749.

(31.) Apronius *(Aulus)* eſt *Adamus* EBERTUS, *Prof Francof.* qui edidit vermehrte Reiſe Beſchreibung von Franco Porto der Chur Brandenburg durch Teutſchland, Holland und Brabant, Italien, Rom &c. Franco Porto 1724. uid. die Vorrede zu den Leipz. gel. Zeit. 1724.

(32.) Arbilla. Sub hoc nomine latet *Publius* VIGILANTIUS, *(a) Argentoratenſis, primus in uniuerſitate Francofurtana ad Oderam eloquentiae Profeſſor.*

(33.) Aretinus *(Petrus)* genuinus auctor eſt *Rodiogveſius* COTTA, qui ſub ficto ARETINI nomine edidit *Pornodidaſcalum,* uid. b. Fabricii *centifolium Lutheranum* p. 96.

(34.) Ariſtides. Verum auctoris nomen eſt *Ioh Hieron.* SBARALEA, *Philoſ. & Medic. D. Bononienſis,* qui edidit diſſertationes (*b*) epiſtolares *de Medicorum recentiorum ſtudio.* uid. *Acta erudit. in Supplem.* Tom. 4. p. 519. 520. ubi multa notatu digna de uita & ſcriptis *Sbaraleae* occurrunt. cf. etiam num. 1466. (β) in biblioth. mea anonymor. Idem edidit *Morales criticas* regu-

(*a*) De cuius uita pauca habet cel. Fabricius in *Hiſt. bibl ſuae part. 2.* p. 524. Latet idem hic VIGILANTIUS ſub nomine *Axungiae* uid. infra uoc. *Axungia.* Miſere periit auctor, a latronibus nimirum in itinere interfectus.

(*b*) Hae diſſertationes primum *Goettingae,* (uel potius *Bononiae*) 1687. prodierunt, poſtea *Parmae* 1690. ſumtibus *Malpighi* impreſſae ſunt & *Sbaraleae* operibus poſthumis *Londini* 1697. inſertae. Tertia deinde uice *Neapoli,* uerius *Viennae Auſtriae* 1693. una cum diſſertatione altera & Bohnii programmate.

regulas. uid. l. c. p. 521, 522. & p. 80. Quae *compendioſa monita moralium regularum* 1706. *Coloniae*, (uerius *Bononiae*) diuulgata ſunt in 4. pl. 22. & excerpuntur in *Supplem. ad Acta Erudit.* Tom. 4. Sect. 2. p. 80.

(35.) Armacanus *(Patricius)* Verus auctor eſt *Ioh.* STELLA, qui ſub ficto nomine edidit *Martem gallicum.* De libro quodam, huic auctori oppoſito, uid. in *Bibliotheca mea anonymor.*

(36.) L. M. Artemonii *(a) Defenſio emendationum, in Novatiano (b) factarum, contra uirum clariſſ. Ioh. Iackſonum, Lond.* 1729. in 8. pl. 5. Auctor eſt *Sam.* CRELLIUS, *celebris Vnitarius, & Socinianorum aetatis noſtrae facile princeps, nepos Ber. Ioh. Crellii.* uid. die Samml. von theol. Sach. 1731. p. 594. & magnif. *Moshemii* diſſert. contra hunc *Artemonium* p. 13. cel. Chriſtoph. Matth. *Pfaffius* in orat. *de magno pietatis myſterio* p. 16. ſcribit: Ex litteris L. M. alias *Lucam* MELLIERUM h. e. *Sam.* CRELLIUM auctorem coniiceres, qui tamen eſt *Ioh. Chriſti.* SEITZIUS, ſed ſine dubio coniectura *Pfaffii* fallit.

(*a*) Hoc nomen auctor ideo aſſumſit, quia de perſona Chriſti eandem ſententiam cum *Artemone*, famoſo Sec. 3. haeretico fouet.

(*b*) Hic enim locum Iohannis cap. 1. ita allegauerat: *Deus erat uerbum;* ſed *Artemonius* legendum eſſe putat: *Dei erat uerbum;* quia autem omnes codices ſic habent, temerarie & audacter ſtatuit, omnia loca orthodoxorum, & heterodoxorum, in quibus haec loca allegantur, corrupta eſſe. Egregius ſcilicet hic eſt conuincendi modus.

Idem ARTEMONIUS edidit: *Initium (a) Euangelii S. Iohannis, ex antiquitate eccleſiaſtica reſtitutum, indidemque noua ratione illuſtratum per* L. M. *Artemonium* 1726. in 8. 1. Alph. pl. 16.

(37.) Aſchpanus *(Gratianus) de ſuperſtitione erudita, uel literaria libellus, Colon.* 1728. *(b)* in 8.

(*a*) Laudatur hic liber in *Biblioth. angloiſe* Tom. 15. part 2. n. 13. cum tamen ſit liber heterodoxus uid. die Leipz. gel. Zeit. 1728. p. 965. add. *Bibliotheque raiſonnée* T. 4. part. 2. n. 2. ARTEMONIVS quia ſub initium Euangelii Iohannis legendum eſſe putat θεȣ ἦν ὁ λόγος pro θεὸς ἦν ὁ λόγος, hunc in finem multa Scr. S. loca peruertit & detorquet. Sed refutauit hunc Artemonium Ioh. Philipp. *Baraterius*, adoleſcens 14. annorum in *Anti-Artemonio*, ſeu *initio Euangelii Sancti Iohannis ex antiquitate eccleſiaſtica aduerſus L. M. Artemonii, Neo-Photiniani Criticam uindicato. Norimb.* 1735. in 8. 1. Alph. pl. 12. Excerpta huius libri ſuppeditant die früh aufgeleſ. Früchte 1735. p. 107. ſq. temeritatem Artemonii etiam oſtendit *Ioh. Chriſtoph.* Wolfius in *Curis philolog. & criticis in IV. epiſtolas Pauli priores Hamb.* 1732. p. 792. ſq. qui quaedam loca contra *Artemonium* uindicat.

Latet etiam Crellius ſub uoc. *Mellierii*, de quo uid. infra.

(*b*) Prodiit 1738. noua huius libri editio, ſub tit: *Ioh. Chriſtoph.* Koecheri *de idololatria literaria liber ſingularis.* Mutauit igitur aliquo modo titulum & nomen quoque ſuum expreſſum praemiſit auctor, multisque in locis auxit, ut non tam noua editio, quam nouus liber ſit, (ut ipſe auctor in praefat. loquitur). Quaedam contra libelli titulum, quem huc non quadrare putat, monet celeb. Reimannus in *catal. literar.* p. 748. auctorem tamen etiam ob dictionis caſtitatem & elegantiam, ſtructurae dexteritatem, rerum multitudinem & ſelectum commendat. add. die auserleſ. theol. Bibliothec (Coleri) part. 67. p. 659.

in 8. Auctor eſt M. *Ioh. Chriſtoph.* KOECHER, *(a) eo tempore M. docens in academia Ienenſi, deinde Rector Gymnaſii Osnabrugenſis & D. Theologiae.* Verboſe & neruoſe hunc librum recenſet celeb. Stolle in der Nachr. von den Büchern ſeiner Bibliothec part. 6. p. 549-554.

(38.) Avelinus. Vero nomine uocatur ANGVISSOLA, uel ANGVISCIOLA. uid. b. *Ioh. Alb.* Fabricius in *Bibliothec. antiqu.* cap. 16. §. 9. p. 521. fin. add. eius *codicem pſeudepigraphum* V. T. p. 1014.

(39.) Auleta *(Gratianus Agricola)* Verus auctor eſt *Ioh. Ge.* PFEIFFERUS, S. S. *Th. Candidatus*, qui edere uoluit *Commentarium hiſtorico-criticum de Eraſmo*, ſed cel. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 177. dicit, fata conatibus eius litterariis intercesſiſſe. Vix igitur credo poſt eius mortem hunc commentarium prodiiſſe. Prodierunt tamen etiam ſub nomine *Gratiani Agricolae* AULETIS Sonderbahre Reiſen in unbekannte Länder nach Ophir, Crapulien und Sevarambes, Bremen 1721. Part. 3. vol. 1. uid. *catal. Bibl. Haſeanae* p. 700.

(40.) Aurimontanus *(Eliſeus)* qui edidit *epiſtolam ad Dantiſcanos*, in qua uatem iis popularem exhibet anno 1638. in 4. Fragmentum huius epiſtolae exſtat in *Balth.* Schuppii Opp.

(a) Verum auctoris nomen ignorat b. *Ioh. Albert.* Fabricius in *Centifolio Lutherano* p. 863. & adhuc fictum eius nomen deprauat, eum uocans perperam *Gratianum* Aſchunum

Tom. 1. p. 359. Auctorem eius eſſe *Dan.* CRUSIUM S. J. putat Piaſeccius in *Chronico geſtor. ſingularium in Europa* p. 501. Alii tamen *Philippum* LACKIUM, *Ex-Secretarium Gedanenſem*, auctorem faciunt. uid. *Andr.* Charitius *de uiris eruditis, Gedani ortis* p. 8.

(41.) Axungia. Sic ſe ipſum cognominauit praeter nomen ARBILLAE *Publius* VIGILANTIUS, *Argentoratenſis*, uid. ſupra uoc. *Arbilla.*

B.

(42.) Balaeus (*Ioh.*) Verus auctor eſt *Simon* STEINIUS, qui ſub ficto iſto nomine edidit *Examen* (*a*) *recitationum* (*b*) *Selnecceri.* uid. Tom. 7. *obſeruatt. Halenſ. obſ.* 21. §. 28. p. 441.

(43.) Ba-

(*a*) In quo uix apicem reliquit in recitationibus, quem non impetiuerit, ut ait Leonh. Hutterus in *concordia concorde* cap. 44. p. 1034. Sed praecipuas *Balaei* obiectiones refutauit Selneccerus *in editione altera recitationum ſuarum*, quae prodiit Lipſ. 1682.

(*b*) Cel. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 30. *Lectu digniſſimas uocat has recitationes. In quibus multa contra ſic dictos Sacramentarios grauia & utilia accurate & copioſe ſint diſputata & Hiſtoria Form. Conc. non negligenter tradita. Errores etiam populares quidam refutati* e. g. *Formulam Concordiae in monaſterio Bergenſi a 6. theologis eſſe confectam* p. 55. *Utinam*, ſcribit Reimannus l. c. *orationis genus tam lene eſſet & placidum, quam aequabile eſt alioquin & temperatum. Et quaedam ſilentio inuoluta potius, quam ſcripto prodita. Cum uix digna ſint memoria & maiori etiam dedecori, quam honori* v. g. p. 83. *ubi ſcribit auctor, Bornenſem quendam Cantorem ebrium F. C. ſubſcribere noluiſſe.* Reliqua, quae Rudolph. Hoſpinianus in hiſce recitationibus atro lapillo ſignanda eſſe ſcribit in *Concordia*

(43.) Baleicourt *(Sieur de).* Sub ficto hoc nomine *Louis Charles* HVGO LOTHARINGVS, *monachus ordinis Praemonſtratenſis*, edidit *Traité hiſtorique* (*a*) *& critique ſur l' origine & de la Genealogie de la Maiſon de Lorraine, avec les Chartres ſervant de preuves aux Faits avancès dans le corps de l' ouvrage & l' explication des Sceaux, des Monnoïes & Medailles des Ducs de Lorraine par le Sieur de* BALEICOVRT (*b*) in 8. *à Berlin* 1711. (ſed reuera *à Nancy*, nam *Berolini* de tantis regibus principibusque adeo libere ſcribere non licet.

(44.) *α*) Barnabe *(le Sieur)* eſt *Iac.* BOILEAU uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. pag. 275. Baillet apud Placcium n. 321. pſeudon. ſub hoc nomine latere putat *Anton.* ARNALDVM, ſed ualde adhuc dubius eſt.

(44.) *β*)

---

diſcorde cap. 43. p. 238. ſq. ea non ignaua induſtria uindicat Leonh. Hutterus *in Concordia concorde* cap. 43. p. 1033. ſq.

(*a*) Liber hic uariis temerariis & ſeditioſis locutionibus repletus eſt, licet paululum melius ſcriptus, quam Patris *Benoiſt* de eodem argumento liber. Edicto igitur Parlamenti Pariſienſis de die 17. Dec. 1712. hoc ſcriptum ſuppreſſum & prohibitum eſt, cum alio eiusd. auctoris ſcripto, cui tit: *Reflexion ſur deux nouveaux ouvrages concernant l' Hiſtoire de la maiſon de Lorraine & celui de Jean Muſſey, qui a pour titre: La Lorraine ancienne & moderne.* uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France*, n. 10467. qui uaria quoque ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(*b*) Ipſum opus plane celebri illi Benedictino inſignem conciliat gloriam. Pertinet auctor ad eos, qui domus Lotharingicae originem a nonnemine, Galliarum regis ſtatus Miniſtro, deducunt, cf. P. Benoit *in Supplem. Hiſt. Lothar.*

(44.) β) *Timotheus Caeſarinus* Baſilius. Sub hoc nomine M. *Ioh. Daniel* KVTTGE, (*a*) a Lutheranis ad pontificios 1725. tranſiens, edidit. Drey Faſt- und Abſtinenz-Tage, welche in der catholiſchen Kirch den 28, 29. und 30. Iunii anno 1725. einfallen; wovon zwey Augſpurger Herren Studenten, ein catholiſcher nahmens Elias, und ein lutheriſcher, Ezechiel genannt, in vertraulichen Priuat-Diſcurs pro & contra diſputiren &c. Augſp. 1725. in 4. Idem KVTTGE ſub ficto praedicto nomine edidit *Politicam catholicam*, librum conuitiorum plauſtris onuſtum 1726. uid. Schelhornius in der Reformations Hiſtorie der Stadt Memmingen 1730. p. 91. *& in amoenitat. lit. Tom. 6.* p. 332. qui contra BASILIVM perſonatum ibid. diſputat.

(45.) Bayle (*Auſone*) ſub hoc nomine ficto *Iac.* TOLLIVS D. *Magni Auſonii Burdigalenſis*

opera

(*a*) Iſte autem KVTTGE quondam ſub praeſidio D. Chriſtoph. Matth. Pfaffii *diſſertationem* quandam *Anti-Baelianam* defendit. Contra KVTTGIVM prodiit anonymi politiſche Reflexion, welche unter beyden Religionen die päpſtliche, oder Proteſtantiſche dem Staat ſchädlich ſey? 1727. in 8. 2. Alph. pl. 2. Nam KVTTGE in ſcripto ſuo probare uoluerat, religionem catholicam omnibus regnis, & praeſertim romano imperio prodeſſe; Lutheranam autem religionem illis obeſſe, & ibidem cauſſas apoſtaſiae ſuae cum multis in eccleſiam noſtram calumniis recenſet. In huius igitur ſcriptum diligenter inquirit auctor anonym. illum per ſingula capita refutat, & in praefat. M. Kuttgii facinora proponit. Auctores der Samml. von theol. Sach. 1729. p. 1267. qui ſcriptum anonymi recenſent, illud doctum uocant, in quo hoc momentum ſerio pertractatum ſit.

opera ex ueteribus codicibus reſtituit *Amſtel.* 1669. in 12. Latet etiam TOLLIVS ſub nomine *Arnaldi* VILLANOVANI, de quo uid. Placc. in *Pſeudonym.*

(46.) de Beaufort. *Le Manifeſte de* BEAVFORT, *par lequel il declare ſe joindre à ſon Alteſſe roiale, au Parlement & à la Ville de Paris* in 4. *Paris* 1652. Auctor uerus eſt Cardinal DE RETS, qui Tom. 2. *de ſes Memoires* p. 555. dicit, quod hoc *Manifeſtum* (ſit uenia uerbo) compoſuerit in lingua de Monſ. de BEAVFORT. uid. le Long *dans la bibliotheque hiſtorique de la France* n. 9503. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(47.) Becmann (a) (*Nic.*) Sub hoc nomine PVFENDORFFIVS epiſtolam ſcripſit. uid. Sleuogtii *epiſtolam germanicam*, quae exſtat p. 179. inter epiſtolas clariſſim. uirorum ad Guntherum Chriſtoph. *Schelhamerum* datar. & *Wismariae* 1727. in 8. editar.

Bel-

(a) Placcius *in pſeudon.* n. 358. dicit, *Pufendorffium* ipſum perhibere, quod ſub nomine *Nic.* BECMANNI lateat *ICtus quidam Marpurgenſis.* conf. num. 1559. anonym. Contra hanc epiſtolam directum eſt Schediasma, *ἀνωνύμως* a *Tob.* PFANNERO, *conſiliario aulico* editum, ſub tit. *Pufendorffius modeſtiae admonitus*, de quo uid. in *appendice anonym. meor. latinor.* Idem PVFENDORFFIVS etiam latet ſub fictis nominibus *Seuerini* de MONZAMBANO, *Baſilii* HYPERETAE, *Petri* DVNAEI, *Ioh.* ROLLETI, *Ioſuae* SCHVVARTZII, *Sinceri* WAHRENBERGII, de quibus uid. Placcium *in Pſeudonymis.*

Belga Percontator uid. infr. ſub uoc. Profuturus.

(48.) Bellamintes, ſub quo nomine prodiit Leben *(a)* des Grafen von Seckendorf 1738. in 8. Auctor uerus eſſe uidetur *(b)* M. *Henr. Cornel.* HECKERVS, *(c) eccleſiae Meuſelvvitzenſis paſtor, & Ephoriae Altenburgenſis Adiunctus catecheticus.*

(49.) de Bellerive *(Chevalier)* Auctor uerus eſt *Monſ. Gayot de Pitaval*, qui ſub ficto iſto nomine publicauit 1.) *Hiſtoire des Campagnes de Monſeign. le Duc de Vendosme par le Chevalier de Bellerive* in 12. *Paris* 1713. 2.) *Campagne du Marechall de Villars de l' année* 1712. in 12. *Paris* 1713. 3.) *Campagne du Marechall de Villars de* 1713. *ſuivie de la paix de Raſtadt* in 12. *Paris* 1715.

(50.) de

(*a*) *Hic liber reuera nomen hiſtoriae non gerere poſſe uidetur, ſed ferme panegyrici. Scriptus ceteroquin eſt faceto & libero ſtilo, ſed multa fuſius pertractat notiſſima, &, ut ita dicam, quotidiana, plura autem de induſtria mittit, lectoris rectius ſatisfactura curioſitati. Sumta eſt materies ex relationibus publicis, tametſi & ſuppetierunt arcana, quae tamen obliuioni & umbris commendare, auctoris in herum ſuum ſuaſiſſe uidetur pietas.*

(*b*) Hoc autem credere iuſſerunt argumenta ſequentia. 1.) *Heckerus ſtilum ſuum celare non poteſt*, hunc uero amicus quidam probe nouit & ex diuerſis rationibus didicit. 2.) *Vir eſt in rebus hiſtoricis parum hoſpes, praeterea illuſtriſſimi comitis obſeruantiſſimus, quippe quo ſaepe uſus eſt familiariter, imo & Vienna & Graetzia crebriores ab eodem impetrauit codicillos, ac inſuper eius confeſſionarius & oppiduli illius Seckendorffiani paſtor.* 3.) Credere illud ſuadet *omnium, qui Heckerum nouerunt, conſenſus.*

(*c*) Qui praeterea aliis ſcriptis inclaruit e. g. *poematum Trillerianorum editione, ſuccincta oppiduli Meuſelwitzenſis Chronica, ſermonibus ſuis ſacris.*

(50.) de Benignis *(Amadeus)* uero nomine dicitur MILICHIVS. uid. die teutſchen Acta Eruditor. part. 44. p. 604. & 608.

(51.) Berrhoenſer (Seuffzender) Eſt *Sal.* BACH. uid in *Bibliotheca mea Anonymor.* uoc. Seuffzender.

(52.) Bernardinus *(Didacus)* ſub ficto hoc nomine prodiit *Vtopia.* Verus autem auctor eſt *Iac.* BIDERMANN, *Ieſuita*, qui mortuus eſt Romae 1639. uid. Reimanni *hiſtor. litter. Germanor. nouam part. 3.* drittes Hauptſtück pag 58. Placcius quidem in *Pſeudonymis* ſub uoc. *Didacus* remittit ad uocem *Bernardinus*, ubi hic pſeudonymus detectus ſit, ſed ego ibi nihil reperio, tandem reperi extra ordinem poſitum auctorem n. 371.

(53.) Betulius *(Ianus Gregorius)* eſt BVRCKHARDVS, *(a)* qui edidit epiſtolas quasdam 1711. in 8. *Hannouerae.* uid. *praefat.* cel. Heumanni *ad tract. de anon. & pſeudon. bibliothecae* meae praemiſſum. add. Ioh. Fabricium *in hiſtoria bibl. ſuae part. 3.* pag. 35.

(54.) Bibliandri *(b)* richtige Harmonia, oder Ubereinſtimmung ſolcher Sprüche, welche einander

der

(a) Non autem *Iac.* BVRCKHARDVS eſt auctor, hoc enim ipſe negat in praef. *de fatis linguae Latinae in Germania* p. 56. & aperit potius, profectas eſſe iſtas epiſtolas a fratre ſuo, natu minori *Ge.* BVRCKHARDO, fatetur tamen ibid. p. 58. ſe ſuppeditaſſe ad hunc librum eruditiſſimorum uirorum de linguae latinae amore, a Germanis culto, iudicia, temporum ſerie in iis diſponendis obſeruata.

(b) Forſitan ille BIBLIANDER, qui edidit germanice *Delicias Ebraeo-homileticas* Dreßden 1705. in 8. idem eſt cum hoc BIBLIANDRO.

der ſcheinen zu wieder zu lauffen Leipz. und Görlitz. der erſte Theil 1705. in 8. der andere Theil ibid. 1711. in 8. pl. 16. In qua parte contradictiones a libro regum usque ad finem bibliorum examinantur. Verus auctor eſt *Dauid* HERMANN uid. *catal. Biblioth. theol. Reimann.* p. 327. qui iudicat, licet auctori deſint uires, tamen eſſe laudandam uoluntatem.

(55.) Bibliophili *(Chriſti.) Opuſculum exegeticum de foecunditate (a) ſenſus ſcripturae. Stuttgardiae* 1711. in 12. Auctor eſt *Ioh. Ge.* VNKAVFF. uid. b. Rambachii *inſtitutiones hermeneuticae ſacrae* p. 290. in not.

(56.) Bibliophilus *(Irenaeus)* ſub hoc nomine in *Biblioth. Brem. claſſ.* 7. p. 934. & claſſ. 8. p. 520. latet *Frider. Iac.* BEYSCHLAGIVS uid. Schelhornii *amoen. lit.* T. 9. p. 747. & Tom. 10. pag. 1146. idem Schelhorn Tom. 7. p. 251. inſeruit diſſertationem ſuam epiſtolicam ad *Irenaeum* BIBLIOPHILVM i. e. BEYSCHLAGIVM.

(57.) Sub nomine *Iſaac* Bickerſtaffs quaedam ſcripta D. SWIFFT 1708. contra quendam Anglum, nouum propheram, Monarchiae gallicae interitum praedicentem, cuius nomen erat *Patridge*, edidit; latet etiam ſub nomine BICKERSTAFFS, eques Anglus STEELE in libro anglico, cui tit. *Babillard* uid. Tom. 4. *de la Biblio-*

(*a*) Auctor fere incidit in ſententiam *Cocceji*, ſed tantum de quibusdam Scr. S. dictis ſtatuit, unam uocem plures, uel ſtatus unius rei ſimul proponere; hoc uocat diuitem ſenſum.

Bibliotheque françoiſe Part. 2. n. 3. & exinde die Leipz. Zeit. von gel. Sachen 1726. p. 84.

(58.) Le Blanc (a) *(Auguſtin) Hiſtoria Congregationum de auxiliis diuinae gratiae* (b) *ſub* (C) *ſummis*

(a) Tetigit quidem iam hunc pſeudonymum cel. Heumannus *in ſchediasmate de anonymis & pſeudonymis bibliothecae meae anonymor.* praemiſſo p. 182. (46.) ſed uberius de eodem agere permiſſum nobis eſſe credebamus. Theodorus *le Blanc* eſt uerum, non fictum nomen, cuiusdam expulſi Paſtoris reformati, antea *Rochellenſis, deinde eccleſiae gallicae Altonauienſis,* qui edidit: Beweiß der Genugthuung Chriſti, cuius uerſio germanica prodiit per b. *Rambachium. Erfurti* 1733. in 8. 1. Alph. pl. 9. idem Theod. *le Blanc,* edidit: *les Principes contre les Sociniens.* Hamb. 1718 & 1719. in 8. partes 2. add. die Sammlung von theolog. Sachen 1731. p. 731.

(b) Opponebat ſe huic libro P. Germont, *e Soc. Ieſu,* atque edebat: 1.) *Lettre à Mr. l' Abbé - - ſur la nouvelle hiſtoire des diſputes de auxiliis, qu'il prepare Leodii* 1698. & 1701. in 8. pl. 16.

2) *Queſtions importantes à l' occaſion de nouvelle hiſtoire des Congregations de auxiliis,* de quibus quaeſtionibus uid. die Unſch. Nachr. 1702. p. 75. In his Quaeſtionibus P. *Germont* fatetur quidem, Ieſuitis plurimos iſtius congregationis conſultores aduerſatos eſſe, ſed hos conſultores non fuiſſe iudices, ſed Papam & Cardinales, qui horum conſultorum concluſum nunquam approbaſſent. 2.) Papam ideo concluſum facere noluiſſe, quia animaduertiſſet, conſultores ex nimio in Dominicanos amore praecipitanter egiſſe, it. quia plurimi Theologi hiſpanici, Inquiſitio Luſitaniae, Vniuerſitas Pontamouſſon, Vienna, Graetzia, Dillinga, Ingolſtadium, Herbipolis, Moguntia & Treuirum pro Ieſuitis ſententiam publicaſſent. 3.) Documenta P. *Serry* tantum eſſe particularia Conſultorum ſcripta, ex tabulario papae non deſumta. Dominicanos etiam illa non publicaſſe, usque dum omnes in hac congregatione praeſentes mortui fuerint. Bullam Pau-

ſummis Pontif. Clemente VIII. *&* *Paulo* V. *libros* IV. *com-*

li V. a *le Blanc* adductam, eſſe tantum Sciagraphiam Archiepiſcopi Armachani, quam papa reieciſſet. Acta P. *Coronelli* multis in locis manifeſte deprauata eſſe. Franc. *Pegna* partibus nimium ſtuduiſſe, ut eius ſcripta nullum ualorem habeant, & quod e contrario *Leſſii* diario, quod P. *Serry* reiicit, fides ſit habenda. De hiſtoria huius controuerſiae uid. pluribus die Unſch. Nachr. 1701. pag. 133. Regerebat P. Serry *l' hiſtoire des Congregations de Auxiliis, juſtifiée contre l' Auteur des Queſtions importantes* in 8. *Louvain* 1702. 1. Alph. pl. 7. Mox prodierunt 1705. in fol. Antverpiae *nouae hiſtoriae congregationum* libri 3. quorum in titulo conſpiciebatur *Theodori* ELEVTHERII nomen. Quo factum eſt, ut P. SERRY ſub proprio nomine *Antverpiae* 1709. in fol. *hiſtoriam ſuam* denuo in publicum dederit, adiecto libro VI, in quo fuſe reſpondit ELEVTHERIO. Nec ſiluit hic pſeudonymus, ſed depoſuit potius laruam, ediditque librum huius tituli: *Livini* DE MEYER *Soc. Ieſu hiſtoriae controuerſiarum de diuinae gratiae auxiliis ſub Sixto* V, *Clemente* VIII. *&* *Paulo* V. *ab obiectionibus Hyacinthi Serrii uindicatae libri* III. *cum reſponſ. ad Fr. Henr. a S. Ignatio, fol. Bruxell.* 1715. add. infra ſub uoc. *Eleutherius*. Addita eſt commode hiſtoria ſcriptorum, ob eandem cauſam editorum utrinque, quae ut compendefieret, epitomen dederunt *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1717. p. 1. ſq. & p. 59. ſq. Etiam *Carol. Caſp.* MENTZERIVS, *Academiae Treuirenſis Syndicus* oppoſuit *Blancio* querelam, quia Moguntinam & Treuirenſem academiam, obſcuri nominis academias uocauerat in Hiſtoria ſua. Contra hunc *le Blanc* direxit *Hiſtoriae congregationum de auxiliis defenſionem*, ſatis acrem *Louanii* 1701. Contra *le Blancium* etiam prodierunt anonymi (forſitan MENTZERII) *Errata de l' Hiſtoire des Congregations de auxiliis, compoſée par l' Abbé le Blanc & condamnée par l' Inquiſition generale d' Eſpagne*, cui etiam refutationem reſponſi ad librum: *Queſtions importantes* dictum, ſubiunxit auctor, *Leodii* 1702. Et longe plura ſine dubio ſcripta in hac con-

IV. *comprehendens* in fol. *Louanii* 1700. (*a*) Auctor uerus eſt *Iac. Hyacinthus* SERRY, (*b*) *mo-*
(C) 2 *nachus*

trouerſia prodierunt, quae nunquam apud nos innotuerunt, nec ad oras noſtras delata ſunt.

(*a*) Prodiit deinde haec hiſtoria addito auctoris uero nomine *Antverpiae* 1709. in fol. 14. Alph. pl. 17. Quae editio recenſetur in den Unſch. Nachr. 1710. p. 78. Pater *Serry* in hac hiſtoria contendit, Ieſuitas in hac congregatione damnatos eſſe, ſed Bullam condemnationis propter quorundam interceſſionem & ex cauſis politicis fuiſſe retentam. De *Addendis ad hanc hiſtoriam congregationum de auxiliis* uid. n. 1291. *bibl. meae anonym.*

(*b*) Eleutherius in libro I. *Hiſtoriae ſuae controuerſiarum* putat, Hiſtoriam congregationum, a LE BLANC publicatam, non unius hominis partum eſſe, ſed multorum foetum, communi, ut loquitur, factionis Ianſeniſticae conſpiratione conceptus & natus. Et hoc pluribus in praefat. ſibi probandum ſumit, nimirum praeter Auguſtinum LE BLANC, ſeu SERRIVM, *Paſchaſium* QVESNELLIVM ad eam plurimum contuliſſe, SERRIVM praeterea a partibus Ianſenianis non eſſe alienum. Quod licet auctoribus *Actor. erudit. Lipſ. latin.* 1707. p. 368. ad inuidiam, SERRIO conflandam, comparatum eſſe uideatur, argumenta tamen, quibus ſuam adſtruat ſententiam, haud contemnenda proferre, multaque lectu non indigna admiſcere, & quae hiſtoriam arcanam controuerſiarum Ianſeniſticarum recentiorum illuſtrent ex ſcriptis, *Paſchaſio* QVESNELLIO & *Gabr.* GERBERONIO Bruxellis regio iuſſu interceptis. Ex literis QVESNELLII probat, *Auguſtinum* LE BLANC iam 1698. hiſtoriam ſuam, prelo maturam, Roma in Belgium miſiſſe ad *Norbertum d'Elbecque*, uirum ordinis ſui religioſum, qui procudendi operis curam *Paſchaſio* QVESNELLIO demandaſſet, quem uirum Ianſeniſtae poſt *Arnaldum* priorem ordinis ſui digniſſimum agnoſcant & uenerentur. Sed uarios motus hoc factum excitaſſe; apud LE BLANCIVM quidem timoris, quippe qui incertus fuiſſet; quantum fidei *Queſnellii*, cui ſe inſcio librum *Norbertus* commiſerat, tri-

nachus Dominicani ordinis & Ianſeniſta. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1700. *menſ. Dec.* pag. 337. ubi haec editio recenſetur coll. anno 1717. p. 1. & 4. & anno 1707. p. 366.

(59.) Boccalini (*Trajani*) *Iudicium ex Parnaſſo de Triga ſcriptorum recentium, Coſmopoli* 1689. in 4. Auctorem uerum obſcure (*a*) indicat Thomaſius in ſeinen monatlichen Unterredungen 1689. p. 524. ſq. ubi p. 527. oſtendit, eum ipſum auctorem quoque eſſe *Pasquini hiſtoriae orbis* ad ann. 1688. Theodorus Cruſius *in notis ad acta Sarcmaſiana*, uel *Schurtzfleiſchiana* pag. 4. aperte indicat b. *Ioh. Alb.* FABRICIVM huius ſcripti eſſe auctorem.

(60.) Bohnſan eſt *Ioach.* BETKIVS, qui edidit das Anti-Chriſtenthum & eius liber pſeudonymus prodiit Amſtel. 1661. uid. die Samml. von theol. Sachen 1732. p. 907.

Bois-

---

buendum eſſet. Tandem *Serrium* de fide *Quesnellii* certiorem redditum, lubenter paſſum eſſe, ut in laboris ſocietatem ueniret; imo ipſius arbitrio relicta pleraque, qui & Approbatorum iudicia pro lubitu partim mutarit, partim poliuerit. Hinc cum binos hiſtoriae huius ſcriptores comperiſſet auctor, dubium ſe habuiſſe profitetur, num fabulae, impoſturae, calumniae ſtilusque uirulentus *Quesnellii* calamo adſcribenda ſint, an Auguſtini *le Blanc.*

(*a*) Ex Thomaſii uerbis forte aliquis colligere poſſet, MASIVM (*Hect. Godofr.*) eſſe huius ſcripti auctorem, quia de illo loquitur & auctorem *Iudicii ex Parnaſſo* uocat ſenem, quod optime quadrat ad MASIVM. *Pasquini hiſtoriae orbis* ad ann. 1688. adhaeret *proſopographia praecipuorum ſtatuum initio anni* 1689. *ad Traiani Boccalini librum.* De *Traiani* BOCCALINI, antiquioris pſeudonymi, *relationibus ex Parnaſſo* uid. Placc. *in pſeudonym.* n. 421.

Boiſverd uid. in *append. anon. gallic.* uoc. *Logique.*

(61.) *α*) Bonair, ſub hoc nomine *Antoine* VARILLAS edidit *Politique de la Maiſon d' Autriche* & alium librum, cui tit. *Factum pour la Genealogie de la Maiſon d' Eſtrées & de la gloire, qu'elle a tirée de l' Alliance des Princes de Vendôme* in 12, *Paris* 1678. uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 16531.

(61.) *β*) Bonani (*Giacomo*) *Dira de Montalbano : L' Antica Siracuſa in Melſima* 1624. in 4. recuſ. *Palermi* 1717. in fol. & nuper latine uerſus liber in Burmanni *Theſauro Italiae.* Auctor eſt *Petrus* CARRERA. uid. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1725. pag. 482.

(62.) Bonifacii (*Caſp.*) *Epiſtola de Clarmundo*, quae exſtat in Tom. 1. der neuen Hälliſchen Bibliothec, uerum auctorem habet M. GROSCHVFFIVM, ut indicatur in praef. Tomi 2, in qua praefatione etiam de auctore der neuen Hälliſchen Bibliothec diſſeritur.

Le Boſſu uid. in *append. anon. gallicor.* ſub tit: *Lettre veritable.*

(63.) Bourguignon, ſub quo nomine prodiit *Journal ſatirique*, eſt nomen adſcititium; latet ſub hoc nomine poeta GACON, uel abbas de FONTAINE uid. anon. gall. ſub uoce *Journal ſatirique* num. 636.

(64.) Bruccio (*Marcus*) ſub hoc nomine *Jaques Paul* SPIFAME edidit *Lettre* (*a*) *addreſ-*

(*a*) Haec epiſtola inſcripta eſt Catharinae de Medicis & inſerta Tom. 3. *des Memoires de M. le Prince* pag. 135.

ſée de Rome à la Reine, contenant utile admonition pour pourvoir aux affaires qui ſe préſent, traduit de l' Italien in 12. 1563.

(65.) de Bruſcambille *les oeuvres de Bruſcambille* (a) *à Rouen* 1635. in 12. cel. Reimannus *in catal. biblioth. theol.* pag. 1118. ſcribit: *Fictum eſt nomen Bruſcambillii.* Et ſi RABAELESIVS ipſe non eſt auctor huius pegmatis, eſt tamen aliquis RABAELESII admodum ſimilis.

(66.) du Buiſſon, ſub quo ficto nomine prodiit LA VIE DV VICOMTE DE TVRENNE: par du *Buiſſon, Capitaine du Regiment de Verdelin* in 12, *Cologne*, ap. *Dallon* 1685, noua editio in 12. *Cologne* ap. *de Clou* 1688, (b) & *à la Haye*, ap. *Van-*

Auctor alias ſatis notus eſt, quippe qui epiſcopatum de Nevers reliquit, ut feminam quandam Genuenſem ducere poſſit in matrimonium, ubi paullo poſt capite plexus eſt, proditionis, (uel uti Galli uocant *crime d' Etat*) accuſatus. uid. le Long l. c. num. 7738.

(a) *Sane dictionis genus eſt liberum*, iudice Reimanno, *ſolutum, diſcinctum, plenumque non tantum uernilitatis & licentiae, ſed & portentoſae intemperantiae. Res ſunt uanae, futiles, & honeſtati aeque ac pietati aduerſantes, ita ut haec* ἄλογος τριβὴ *ſententia uocari poſſit ineptiarum, ſcommatum, ſcurrilitatum & ſi quid poteſt dici turpius.*

(b) In ſecunda editione quaedam additiones acceſſerunt & ſtilus paululum immutatus. Auctor huius mutationis in praefatione editionis ſecundae rationem reddit, quod Mr. DV BVISSON defunctus duo reliquiſſet huius hiſtoriae exemplaria, unum ſatis amplum & correctius altero, editor praeterea dicit, in prima ſua editione, exemplum minus correctum ſe ſecutum eſſe, & quod iam hanc hiſtoriam correctiorem publicaret. Mr. Bayle *dans les nouvelles de*

Van-Bulderen 1688. 1695. in 12. Auctor uerus eſt *Gatien de Sandras de* COVRTILZ, qui nomen BVISSON aſſumſit.

C.

(67.) Caluus (*Godofredus*) *Bituricenſis Archiepiſcopus.* Quidam dicunt, Papam INNOCENTIVM IV. Sub ficto hoc nomine edidiſſe *uitam Sancti Wilhelmi* (*a*) uid. *l'auteur de la Genealogie de la*

la republique des Lettres 1685. menſ. Iul. p. 816. coniicit, auctorem huius hiſtoriae, ſimul eſſe auctorem lib. cui tit. *Conduite de Mars*, qui liber prodiit 1685. *à la Haye* apud *Van Bulderen.* idem loc. cit. auctorem propter uarios articulos & momenta ſub cenſuram uocat. Haec hiſtoria ſine iudicio ſcripta, multa falſa & relationes romanenſes, (*traits romanesques*) continet. Auctor tamen in praefatione dicit, ſe maxime ueritati ſtuduiſſe & partes genuini hiſtorici expleuiſſe, nec famam ſuam armis adeptam, ſe calamo perdidiſſe arbitratur. uid. le Long l. c. num. 9693. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit. Auctores der Leipz. gel. Zeit. 1729. p. 687. P. NICERONIO, neſcio qua ex ratione & cauſa hanc hiſtoriam adſcribunt. Germanica uerſio prodiit Halae 1723. in 8. pl. 10. ½ ubi in praefatione RVISSON auctor eſſe dicitur, ſed hoc eſt obſcurum per aeque obſcurum, quia BVISSON eſt nomen fictum. Ab auctoribus der gel. Zeit. 1723. p. 455. etiam haec hiſtoria, uti a Baylio non magni aeſtimatur, & parum ipſi adhibetur fidei. Monſ. Bayle *dans ſa Réponſe aux Queſtions d' un Provincial* p. 241. coniicit quidem, nomen *Buiſſon* eſſe fictum, & ſub illo alium auctorem latere, ſed non indicat uerum auctorem.

(*a*) Qui mortuus eſt 1234. Vita haec S. Wilhelmi inſerta eſt *Collectioni uitarum Sanctorum, per Surium* publicatae, & reperitur ſub die 9. Iulii. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 4315. qui etiam

Maiſon de Fieſque. Papa INNOCENTIVS fuit ex hac familia, & hoc etiam certum eſt, nullum fuiſſe inter Archiepiſcopos Bituricenſes (*de Bourges*) qui ſe nominauerit *Godofredum* CALVVM, ex lectione etiam huius uitae apparet, quod auctor intimus amicus S. *Wilhelmi* fuerit.

(68.) Campolini (*Fabricius*) ſub nomine hoc latet *de la Mothe le* VAYER & edidit *Diſcours* (*a*) *de la contrarieté d' humeurs, qui ſe trouve entre*

num. 4316. allegat *uitam S. Wilhelmi & S. Brieu* per L. G. *de la Deſiſon* conſcriptam, quae prodiit 1627. in 8.

(*a*) Hoc ſcriptum inſertum eſt Tom. I. operum Franciſci *de la Mothe le Vayer* p. 157. in fol. Pariſiis 1656. editor Sub finem ultimae huius ſcripti editionis eſt *un Advertiſſement* ad lectorem, ubi haec deprehenduntur, in latinum a me ex gallico conuerſa: *Auctor in prima huius libri editione nomen ſuum reticuit, propter quaſdam temporis circumſtantias, & praeterea opuſculum ſuum propter ſtatus publici Verſionem gallicam ex italico ſermone eſſe translatam finxit. Sed certiores facit auctor huius narrationis lectores, gallicum ſcriptum originaliter ita confectum & Campolini tantum fictam eſſe perſonam. Auctor erat conſiliarius ſtatus publici & mortuus eſt 1672.* Auctor inter alia oſtendit in Gallorum fauorem contra Hiſpanos, diuerſum ſcopum harum duarum nationum, quem habuerint in federibus ſuis cum haereticis & infidelibus. uid. le Long l. c. n. 11930. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit, talia nimirum quae de federibus Gallorum politicis cum aliis gentibus agunt. Sed *le Vayer* compilaſſe dicitur ſcrinia *Caroli* GARSIAE, *Hiſpani*, cuius libellus eiusdem fere argumenti tempore matrimonii, inter Ludouicum XIII. atque Infantem hiſpanicam contracti, comparuit, quem ſane aequiorem deprehendas erga Gallos, quam *Vayerium* erga Hiſpanos. uid. Baylii *réponſe aux queſtions d' un provincial* cap. 14. & exinde *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1704. p. 435.

ve entre de certaines Nations & ſingulierement entre la Françoiſe & l' Eſpagne: traduit de l' Italien de Fabricio Campolini, Veronois in 8. *Paris* apud *Courbé* 1647. in 12. *Paris* 1653.

(69.) α) Campto (*a*) (*Ianus*) Eſt *Ioh. Henr.* KROMAYERVS, *Prof. quondam graecae linguae Ienenſis.*

(69.) β) Candidus (*Donatus.*) Sub hoc nomine *Iacob.* SIRMONDVS (*b*) edidit *Lupi Seruati opuſcula* (*c*) 1648. in 8. cum erudita praefatione. uid. Reimanni *catal. Biblioth. theol.* p. 375.

(70.) Candidus (*A.*) ſub hoc nomine D. *Ioh.* FABRICIVS, *Helmſt.* edidit quaedam contra *Ioh. Guil.* MONTGALLI i. e. I. G. HOBHANII *Epiſtolas Anti Fabricianas* uid. infra ſub uoc. *Montgallus.* add. die Unſch. Nachr. 1718. p. 826. Ab eodem FABRICIO prodiiſſe uidetur ſcriptum illud *Iudicium de Memorabilibus* (*d*), *Declaratio-*

(*a*) Contra hunc prodiit Iac. Frider. Reimanni diatribe anticritica, qua Pſeudonymi cuiusdam Iani Camptonis diatribe critica examinatur, & quae in ea de hiſtotiae Atheismi uniuerſalis dictionibus ſcripta ſunt, diluuntur. Hildeſiae 1726. in 8.

(*b*) Qui etiam latet ſub nomine *Iacobi Coſmae* FABRICII, *le Sieur du* FERRIER, *Philippi* LABBAEI, PRAEDESTINATI, de quibus uid. Placc. in *Pſeudonymis.*

(*c*) Quae Sec. 9. ſcripta, ab Antonio demum *Grimberto* Sec. 17. ineunte a tenebris eruta Praedeſtinatianorum placitis ita fauent, ut ea aperto Marte defendant.

(*d*) Haec memorabilia recenſentur in den Unſch. Nachr. 1710. p. 668. & A. CANDIDVS contra illa monet, multa in iis nomina falſa & multa mendacia admixta eſſe. Hic A. CANDIDVS Indifferentiſmo interdum fauet. Horrendam Hypotheſin eſſe dicit, ſi quis dicat, Reformatos dogmatibus ſuis

nem Helmſtadienſem concernentibus. Lipſ. 1710. in 8. pl. 2. quod etiam ſub nomine A. CANDIDI proſtat.

(71.) Candidus (*Dan.*) eſt *Dan.* CRAMERVS, contra quem ſcripſit *Chriſtoph.* PELARGVS uid. Ioh. Fabricii *hiſtoriam biblioth. ſuae part. 4.* p. 122.

(72.) de Canuſio (*Auguſtinus*) eſt *Hieron.* GVNDLINGIVS uid. die Hälliſche neue Bibliothec Tom. 2. p. 947.

(73.) Carlymmaſchin (*Euſebius*) eſt P. *Anſelmus* SCHRAMB. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1715. p. 465.

(74.) Carneades eſt *Iac.* HACKMANN uid. ſcriptum eriſticum ärgerliche Zänckerey in Religions Sachen p. 1.

(75.) Carpentarius (*a*) (*Irenaeus*) uero nomine uocatur M. *Gottfried* WAGNER uid. den Bücher

ſubuertere fundamentum fidei & p. 17. horribile eſſe affirmat, ſi quis contendat, quod aliquis a nobis ad Papiſtas tranſiens, fidem in Chriſtum abneget.

(*a*) Sub quo nomine prodierunt Schediaſmata uaria de eruditis caelibibus cum ſcriptis uariorum eiusdem prope argumenti. Prima centuria prodiit Wittenb. 1714. Cui duas ſuperaddidit ſemicenturias alias & in praefationibus earundem nonnulla, quae in primam centuriam irrepſerant, menda correxit. Auctor ipſe in praefat. Semi-Centuriae nouae eruditorum caelibum, parum artis requiri putat ad ſcripta eiusmodi conficienda, quod celeb. Reimann. in catal. litt. p. 583. concedit, ſi eiusmodi ſcripta oſcitanter & feſtinanter, ut haec collectanea conficiantur. Nam Carpentarium multa exſanguia habere de plerorumque eruditorum caelibum fatis; ſicca de eorum ſcriptis; falſa de eorum caelibatu.

Bücher Saal Tom. 3. pag. 147. & hoc nomen WAGNERI aliis hiſtor. litterariae Schediasmatis praefixit.

Carus (*Ioſeph Maria*) uid. infra ſub uoce *Maria.*

(76.) α) Caſtricomius (*Pancrat.*) uero nomine antea uocatus eſt *Valerius* GOVTHOFEN. uid. Ioh. Moller *de homon.* p. 823.

(76.) β) Catalaunus (*Statius Trugus*) eſt per Anagramma (*Lazarus Auguſtinus*) COTTA (*a*) uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1711. p. 49.

(77.) Catholicus (*Chriſtianus*) ſub hoc nomine *Caſpar* CALVOER (*b*) *Superint. Clausthalenſis* (mort. 1725.) publicauit *Dialogos Irenicos inter Philemonem & Oneſimum de pace religionis, ac ſpeciatim Weſtphalica.* Subiungitur *diſputatio de pacis exſecutione ac Repreſſaliis. Irenopoli* (i. e. *Goslariae*) 1721. in 4. pl. 19. Amice in eo ſcripto quaeritur: *Num conſultum & iuſtum ſit, pacem religionis frangere?* uid. *annal. acad. Iul. Semeſtr.* II. n. 3. p. 145. ubi hi *dialogi*, uel *dialogus* inſertus eſt.

(78.) Cato

(*a*) Qui in Dominicum *Macagnium*, a quo 1490. ſcriptum *de Lacu Verbano* prodiit, commentatus eſt 1699. & ſcriptum eius prodiit ſub tit. *Verbani lacus, locorumque adiacentium chorographica deſcriptio. Mediolani* in 4. Praeter hos etiam de *Lacu Verbano* ſcriptis ſatis eruditis egere Paulus *Morigia* 1603. & Ioh. Ioſephus *Veglianus* 1710. in libro ſub tit: *Riſe del Verbano, Deſcrizione Geografica, Idrografica & Genealogica* in 12. de quo uid. *Diarium Venetum* 1710. part. 3.

(*b*) De cuius uita & ſcriptis uid. die fortgeſetzte Sammlung 1726. p. 978-985.

(78.) Cato *Britannicus. Ioh.* TRENCHAR, *membrum Parlamenti Londinenſis*, multa ſcripta edidit ſub ficto nomine CATONIS *Britannici.* Auctor mortuus eſt d. 28. Dec. 1723. uid. die Leipz. Zeit. von gel. Sachen 1724. p. 41.

(79.) (*Sieur*) Cermier, *de Sipois: Lettre à M. le Duc d'Orleans, ſur les défiances de quelques particulieurs touchant la Paix* in 4. *Paris* 1649. Auctor uerus eſt *Mercier* DE POISSI, qui per anagramma ſe uocauit *Sieur* CERMIER de *Sipois* uid. le Long loc. citat. num. 9261*. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, & iſti ſimilia, adducit.

(80.) de Chandieu (A.) Tr. *de la vraye remiſſion des pechez* 1595. in 8. Auctor uerus eſt *Anton.* SADEEL. uid. cel. Reimanni *catal. Bibl. theol.* p. 504. qui iudicat, hoc ſcriptum eiusdem fere eſſe commatis cum CROCII Comment. *de purgatorio*, cui facem praetuliſſe uideatur.

(81.) Chariſtius, cuius extant notae in edit. Amſt. 1716. in 8. *Menckenianarum declamat.* eſt *Ioh. Ge. Walchius* uid. *catal. Bibl. Mencken.* p. 124.

(82.) Charitini (*Aloyſii*) I. C. von betrüglichen Kennzeichen (*a*) der Zauberey, Stargard 1708. in 4. pl. 12. Auctor eſt *Iac.* BRVNNE-

MAN-

(*a*) Auctores der Unſch. Nachr. 1708. p. 127. iudicant, *auctorem quidem probaſſe, quod in proceſſibus ſagarum uaria ſint emendanda, ſed improbant, quod de magni nominis uiris, etiam regibus* p. 41. *nimis contemtim loquatur, & quod Godof. Arnoldi, Clerici, Baylii ſcripta in rebus periculoſis commendet, in tractatione de obſeſſis & faſcinatione*

MANNVS, *Aſſeſſor regii Scabinatus Boruſſici in Pomerania & Syndicus prouincialis.* Secunda editio addito uero auctoris nomine prodiit zu Halle 1727. in 4. 1. Alph. pl. 7. multo auctior.

(83.) du Chesne (*Martin.*) ſub hoc nomine prodierunt *diſquiſitiones duae de gratuita praedeſtinatione & gratia ſe ipſa efficaci* 1697. Auctor eſt P. *Gabr.* GERBERON. Liber hic Romae condemnatus eſt. uid. die Unſch. Nachr. 1712 p. 188. & *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1705. p. 245. add. in Biblioth. mea inter anon. lat. uoc. *Proceſſus* not. (c) Sub eodem nomine DV CHESNE edidit 2.) *Deux Lettres*, duas epiſtolas, *aduerſus Hazarti deſenſionem.* uid. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1705. p. 244.

Scepticum agat, pag. 82. *Theophraſtum Paracelſum & alios Theoſophiae peritos uiros multos naturae arcanos effectus excoluiſſe dicat.* Hanc cenſuram aegre tulit *Brunnemannus*, ut apparet ex §. 3. praefat. ad nouam editionem, & ad illam cenſuram, uti & ad D. Ioh. Ioach. *Weidneri* Theol. P. P. Roſtoch. Schediaſma *de ſcientia, falſo ſic nominata* (de quo uid. die fortgeſetzte Sammlung von theol. Sachen 1723. p. 380.) reſpondere conatur. Auctor Thomaſiana fouet principia, p. 16. & 40. quod Satanas nullam potentiam habeat contra ordinarias leges naturae. Sed licet multa ab imaginatione proueniant, omnia tamen faſcinationis criteria reiici non poſſunt. Idem dicit, ſe & Thomaſium non prorſus negare ſagas, faſcinationem & ſpiritus, ſed proteſtatio facto contraria eſſe uidetur. In annotationibus Indifferentiſmus & Syncretiſmus latere dicitur. Iac. *Boehmium*, Quakeros & alios, beatos nominat p. 41. Syſtemata perſtringit, Scripturam externum uerbum uocat. Modum per conſequentias argumentandi reiicit p. 49. Peterſenii Chiliaſmum p. 72. & medium animarum ſtatum admittit p. 87. Plura uid. in der Sammlung von theol. Sachen 1728. p. 434. ſq.

p. 244. add. in append. anon. gallic. ad Biblioth. meam: *La Verité Catholique* uid. etiam infra ſub tit. *Julien.*

(84.) Chryſophilus (*Eraſmus) Hamburgenſis*, eſt *Ernſt Chriſtoph.* HOMBVRG, qui ſub ficto iſto nomine publicauit Schimpff und Ernſthaffte Clio 1638. & 1643. in 8. uid. Neumeiſterum *de Poetis Germanis* p. 56.

(85.) Chryſoſtomi *(Polycarpi)* ſub nomine edidit G. C. BRENDELIVS (*Inſpector Thürnauienſis*) ſcriptum von der Wandlung der Seelen (*a*) in andere Leiber, quem M. *Eberh. Dav.* HAVBERVS 1724. refutauit in *disquiſitione de Metempſychoſi Vlmae* in 8. pl. 2.

(86.) Cieluegra (*Arias Rippamonte*) Auctor uerus per anagramma eſt *Carlo Giuſeppe Maria* REINA, qui edidit ſub ficto iſto nomine *Hiſtoriam belli moderni italice Tridenti* 1708. & ſub uero ſuo nomine *uitam Leopoldi I. imperat.* ibid. 1710. in 12. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1710. pag. 534.

(87.) de Cinq Cieux (Souil). Verum auctoris nomen, per anagramma eruendum, eſt *Louis* DE QVECXINCI, qui ſub falſo nomine edidit *Diſcours d' Etat ſur l' abſence & la Captivitè du Roi, dans le quel eſt montré, que ceux qui le tiennent eloignc de Paris, ſont auſſi criminels que* mau-

(*a*) Vertit BRENDELIVS *diſquiſitionem Dippelii de morbo & medicina uitae animalis* germanice, ipſique Dippelio dedicauit, & in praefatione ad hanc uerſionem *metempſychoſin* propugnauit, uid. die Leipz. gel. Zeit. 1724. p. 272. und die Samml. von theol. Sach. 1732. p. 598.

mauvais Politiques Paris 1652. in 4. uid. Le Long in *Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 9552.

(88.) a Clamoribus (*Seuerinus*) latet ſub hoc nomine *Ern. Mart.* PLARRE, qui quondam Berolini uixit, & ſub iſto ficto nomine edidit *epiſtolam ad amicum de uita ſtudiis & moribus Th. C.* i. e. *Thomae Crenii Amſtel.* (*Lugd.*) 1706. in 4. uid. Lilienthalii *Machiauellismus litterarius* p. 50. und die Leipz. gel. Zeit. 1717. p. 476. praeſertim *Grundmannum* in libro, quem inſcribit: *Oſſa & cineres quorundam in rep. litteraria* ann. 1717. Errant ergo, qui celeb. STOLLIVM, tum temporis, quo edebatur epiſtola, in Batauia degentem, pro auctore habent.

(89.) Coburgeri (*Anton.*) jetztlebendes gelehrte und gelehrte Coburg 1718. in 8. uid. die Leipz. gel. Zeitungen 1718. p. 536. Auctor uerus eſt *Ioh. Caſp.* WEZEL, *Diaconus Roembildenſis.*

(90.) Cogelius (*Charicius*). Quidam dicunt, *Huldericum* ZWINGLIVM ſub ficto iſto nomine germanice ſcripſiſſe *religionis chriſtianae capita*, quorum editio latina a *Froſchouero* Tiguri in 8. ſine mentione anni eſt curata.

(91.) de Commerius (*Felix*) eſt *Proſper* MARCHAND uid. cel. Voigtii *catalog. libror. rarior.* ſub tit. *Cymbalum mundi.*

(92.) Corimbo neue Hirten Luſt 1647. Auctor eſt *Chriſti.* BREHME. uid. Neumeiſterus *de poetis German.* p. 18.

(93.) von

(93.) von Creuzbergs (Amadei) geiſtliche Poeſien. Nürnberg 1720. in 8. Auctor uerus eſſe dicitur *Philipp. Balth.* SINOLD, dictus VON SCHVTZ, cuius liber non minus legentes, quam applaudentes reperit. uid. infra ſub uoc. *Ehrencron.*

(94.) *a*) Criſpinus eſt *Ioh. Gottlieb* KRAVSE.

(95.) Critille (*a*) merckwürdige und recht ſeltſame Begebenheiten des auf wunderſamen Wegen gereiſeten Pilgrims (*b*) Leipz. in 4. 1728. 1. Monat 6. Bogen. (*c*) 2. Monat 14. Bog. (*d*) 3. Monat 12. Bogen (*e*) 4. Monat 9. Bog. (*f*) Auctor eſt *Otto* vom Graben zum Stein. De antiquitate huius familiae uid. comes de Brandis im

(*a*) Auctor ideo hoc nomen aſſumſit, quia ritus populorum examinare & de illis *Criſin* fere uult, quae ſaepe fidem uulgi ſuperarunt.

(*b*) In praefat. agit de uariis finibus peregrinantium (der Pilgrime) ſingulis 12. menſibus addere promiſit indicem. Sequitur Pflaumeri *Mercurium Italicum* & Miſſons Reiſe durch Italien, quorum errores commiſſos etiam emendare pollicetur.

(*c*) In menſe 1. conſiderat uaria miranda circa Pragam in Carinthia, Croatia, Fiumi, in inſula Oſaro, Zarae in Dalmatia.

(*d*) In menſe 2. rariora urbis Venetiarum, quoad aedes, templa, monaſteria, fora, picturas, perſonas, reliquias, antiquitates.

(*e*) Rariora urbis Patauinae, Ferrarae & Veronae occurrunt.

(*f*) Rariora urbis Bononiae.

im Tyroliſchen Ehren Kräntzlein p. 62 Prodierunt deinde adhuc duo menſes *Quintus* (*a*) pl. 10. exponit antiquitates ſacras Florentinas. *Sextus* (*b*) menſis pl. 9. Rariora & antiquitates Piſtojenſes, Luccenſes, Piſenſes, Siennenſes. De anonymi cuiusdam Nachricht von dieſen monatl. Unterredungen uid. die Samml. von theol. Sachen 1731. p. 280. (*c*)

(95.) β) Critopulus. Hoc nomen *Petrum* ZORNIVM aliquando aſſumſiſſe teſtatur Ioh. Fabricius *in Hiſt. bibl. ſuae part. 6.* pag. 433. ſed mihi de hoc non adeo certum conſtat teſtimonium, licet non ignorem, *Clericum* olim ſub nomine CRITOBVLI *Hierapolitani* latuiſſe, de quo uid. Placc. *in pſeudon.* num. 753.

(96.) de la Croix (*Françoiſe*) & *Tereſe de Jeſus*, *Carmelites Reformées*; ſub his nominibus *Paul* PELISSON, *de l' Academie Françoiſe* edidit *Abregé de la vie d' Anne d' Autriche en forme d'Epitaphe*, in fol. *Paris* 1666. uid. Le Long l. c. num. 10076.

(97.) *Lotharius* a Cruce, (*d*) ſub hoc nomine *Petr.* ZORNIVS, quondam *Rector Ploenenſis*

(*D*) contra

(*a*) Scilicet reliquiae, templa, monaſteria, turres, aedes & monimenta urbis Florentiae conſiderantur.

(*b*) Vid. plura in der Sammlung von theol. Sachen 1729. p. 858. ſeq.

(*c*) Adde die auserleſene theol. Bibliothec (Coleri) part. 36. n. 7. 3. und die Leipz. gel. Zeit. 1728. pag. 888. it. die Samml. von theol. Sachen 1731. p. 281. in not.

(*d*) Auctor ubique ſimulat, ſe eſſe Papiſtam & ideo ſe uocat *Fratrem ord. Minorum.* Hic *Lotharius* b. *Ittigium* uariorum errorum in Chronologia & lingua graeca accuſat,

contra D. *Ittigium* ſcriptum quoddam, (*a*) quod libellus famoſus (*b*) uocatur ab auctoribus der Samml. von theol. Sachen. 1723. p 963. edidit, illudque *Opuſculus ſacris* ſuis, 1723. editis, T. I. n. 30. inſeruit p. 465. & ibid. ipſe fatetur, ſe latere ſub nomine *Loth.* (*c*) A CRVCE & *Iuſti* PEZRON conf. Ioh. Fabricii *hiſtoriam bibl. ſuae* part. 6. p. 433. qui a p. 431-434. uerboſe de uita & ſcriptis Pet. *Zornii* agit: ſed pagina 433. perperam habet *Clarus* pro *Lotharius*, rectius autem part. 5. p. 303.

(98.) Cruſoë (*Robinſon*) Auctor uerus eſſe dicitur *Daniel* FOE. uid. inter anon. gallicos in biblioth. mea anon. n. 1245.

(99.) Cuickauius, (*d*) *artium liberalium Profeſſor.* Sub hoc nomine prodierunt *Canones poenitentiales, ex uariis ſanctorum pontificum decretis collecti, quorum notitia uiris eccleſiaſticis non minus utilis, quam neceſſaria. Lipſi impreſſit Vuolffgangus*

---

quos commiſerit in *hiſtoria haereticorum*, ſed omnia eo redeunt, quaedam ab Ittigio accuratius potuiſſe proponi.

(*a*) Titulus huius ſcripti eſt: *Catalecta in Thomae Ittigii diſſertationem de haereſiarchis aeui apoſtolici & apoſtolico proximi* 1709. *Ingolſtadii* in 8. pl. 2.

(*b*) Prodiit contra *Zornium* anonymi Urtheil Petri Zornii über ſich ſelbſt 1723. in 8. pl. 2. in quo ſcripto auctori conuicia, in b. *Ittigium* uibrata, exprobrantur & oſtenditur, etiam b. *Daſſouium* ab ipſo calumniis proſciſſum eſſe. conf. etiam infra ſub uoce *Pezron.*

(*c*) Contra *Lotharium* hunc fictum prodiit *Thomae* DE LYPSIA i. e. ITTIGII *defenſio diſſertationis Ittigianae,* de qua uid. infra ſub uoc. *Lypſia.*

(*d*) Horum canonum ſunt 47. potiores ex illis adducunt die auctores der Sammlung von theol. Sach. 1734. p. 1064-1076.

gangus Monacenſis, *anno noſtrae ſalutis milleſimo quingenteſimo decimo ſexto.* Auctor uerus collectorum horum canonum fuit *Matthias* WEYSMANN. (*a*)

(100.) Cupetioli (*Angelo*) S. T. P. uerum nomen eſt *Gabriele* GVALDO. (*b*) Qui ψευδων. edidit: *Theologiam moralem & contemplatiuam S. Aur. Auguſtini*, *Hipponenſis epiſcopi & eccleſiae doctoris*, *in qua eius omnia moralia & plurima contemplatiua*, *titulis rerum*, *Alphabeti ordine digeſtis*, *referuntur*, *amplioribus materiis in capita & paragraphos pro faciliori uſu diſtributis & ſingulis praecedente eorum compendio. Accedunt plures notae & nonnullae quaeſtiones, quibus quaedam clarius explicantur*, *probantur. Opus tum Theologis & Caſuiſtis*, *tum etiam concionatoribus perutile.* Tom. 1. *complectens litteras A. B. G.* fol. coll. 884. uid. die Leipz. gel. Zeit, 1737. num. 60. pag. 522.

D.

(101.) Democritus (*c*) (Chriſtianus) eſt

 Daniel

(*a*) Ex praefatione appatet, *Weysmannum* fuiſſe ex illis, qui abominanda indulgentiarum agnouerunt, & contra illas canones poenitentiales introductos cupiit. uid. *Acta Reformationis* D. Valent. Ern. Loeſcheri cap. 4. it. Special Nachrichten von Anno 1501-1516.

(*b*) Auctor iam antea edidit tractatum *de baptiſmate Infantum & tractatum probabilitatis*. Hoc opus multo copioſius eſt, quam Bart. *Vrbinatis* de eod. argumento liber.

(*c*) Caue, ne confundas *Democritum Chriſtianum* & *Chriſtianum* Democritum, perſonas ſcilicet diuerſas. Haec confuſio eo facilius poteſt obtingere, quia *Chriſtianus* De-

Daniel KNORRIVS, (*a*) *Superintendens Oſterodenſis*, qui edidit Apoſtoliſchen Wegweiſer zur wahren

mocritus, ſiue *Dippelius* edidit einen Wegweiſer zum verlohrnen Licht und Recht, quod ſcriptum facile confundi poteſt cum *Democriti Chriſtiani* i. e. *Knorrii* Apoſtoliſchen Wegweiſer, quae tamen utraque ſcripta omnino differunt. Sed recte hos duos pſeudonymos diſtinguunt der Schwediſche Theologus (i. e. D. Joh. Friedr. Mayer) im kurtzen Bericht von den Pietiſten art. 15. und die Hälliſche theologiſche Facultaet in der Verantwortung wieder D. Mayers kurtzen Bericht von Pietiſten p. 100. Vterque autem pſeudonymus Pſeudomyſticis annumerandus eſt. uid. D. Ioach. Langii, Theol. Halenſ. orat. iubilaeam, 1730. Halae habitam, quae recenſetur in part. 4. Supplementor. zur auserleſ. theol. Bibliothec p. 330.

(*a*) M. H. *Huthmanni* in hac doctrina diſcipulus, cuius *Prodromum noui federis* maxime ſecutus eſt, notatus idcirco a Ioach. Langio in der Mittel Straſe 1713. Part. 3. p. 231. ſq. G. Serpilio in der Prüfung des Hohenſteiniſchen Geſangbuchs Regenſpurg 1710. in 8. 1. Alphabet pl. 17. (quod ſcriptum Serpilii recenſetur in den Unſchuld. Nachr. 1710. p. 112-119.) cap. 5. p. 129. ſq. I. H. *Woldershauſenio*, D. Ioh. Mich. *Foertſchio* in diſſ. *de ſatisfactione Chriſti* diſp. 9. in *decade diſputationum theologicarum ſelect.* Foertſchii; D. Guſtauo *Reinbeckio* in tractatione theologica *de redemtione per* λύτρον. D. *Teubero* in *pia orthodoxa Harmonia ſatisfactionis Chriſti & ſanctimoniae chriſtianae, demonſtrata* ex 2. Cor. 5. v. 14. 15. *homiletice expoſita notisque exegeticis & polemicis illuſtrata Halae Magdeb.* 1715. in 4. Edzardi in der lateiniſchen gründlichen Refutation des apoſtoliſchen Wegweiſers ſub tit. *Satisfactio Chriſti, a cauillationibus Socinianis fanaticis uindicata*, quod ſcriptum inſeruit Serpilius ſeiner Prüfung des Hohenſteiniſchen Geſangbuchs cap. 7. D. Ge. Chriſti. *Eilmaro* in der Ubereinſtimmung Democriti Chriſtiani und der Socinianer 1709. in 4. pl. 6. Auctor oſtendit, quod der Apoſtoliſche Wegweiſer omnino Socinianorum principia foueat.

wahren Gerechtigkeit Gottes (*a*) Franckf. 1700. in 8.

(102.) Democritus (*Chriſtianus*) eſt *Ioh. Conr.* DIPPEL, qui ſub iſto ficto nomine edidit 1.) Entdecktes falſches Maaß der Prüfung an Hrn. D. Neuſſen 1702. in 8. pl. 7. ſine loc. recenſ. in den Unſch. Nachr. 1702. p. 760-765. 2.) Abgenöthigten Grundriß der academiſchen Gottes Gelahrheit in 4. 1704 pl. 5. contra programma D. Ioh. Ern. *Gerhardi*, Prof. Theol. Gieſeni 1703, in quo *Democritum* uocauerat *ridiculum Ariſtarchum.* Cui D. Gerhard 1704 oppoſuit kurtze Abfertigung in 4. pl. 2. & Democritus reddidit 3.) den Illuminirten Grundriß in 4. pl. 2. De ſtatu controuerſiae inter hos duos uiros, rite formando, agit *Alethophilus* quidam in der letzten Abfertigung in 4. pl. 3. cui reſpondere conatur *Democritus* in appendice zum Wegweiſer zum Licht und Recht der äuſern Natur. Quatuor poſteriora ſcripta recenſ. in den Unſch. Nachr. 1704. p. 657. ſq. 4.) Wegweiſer zum verlohrnen Licht und Recht 1705. ſin. loc. in 8. pl. 13. continet capita 5. recenſ. in den Unſch. Nachr. 1705 p. 781-789. add. cel. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 720. 5.) Wegweiſer zum Licht und Recht in der äuſern Natur 1705. ſin. loc. in 8. pl. 13. continet capita 7 recenſet. in den Unſch. Nachr 1706. p. 114-125. ubi & p. 122. quinque ſcripta alia *Democriti* indicantur, quae an ſub *Chriſtiani Democriti*,

(*a*) Noua huius libri editio, mutato titulo & omiſſo *Democriti Chriſtiani* nomine, prodiit 1705. ſub tit: Evangeliſche Vorſtellung der wahren Rechtfertigung eines armen Sünders vor GOtt.

mocriti nomine, uel *ἀνωνύμως* ab illo prodierint, neſcio. 6.) ein Hirt und eine Heerde 1706. ſin. loc. in 8. pl. 7. recenſ. in den Unſch. Nachr. 1706. pag. 224-228.) 7.) Unpartheyiſche Gedancken über den Bericht von Pietiſten eines Schwediſchen Theologi (i. e. D. Ioh. Frid. Mayers) 1706. in 12. Laodicea pl. 7. recenſ. in den Unſch. Nachr. 1706. p 714-718. cf. etiam magnifici Walchii Religions Streitigkeiten part. 1. p. 834. & part. 2. p. 133. 8.) Verweiß Schreiben an die theologiſche Facultaet zu Halle 1707. in 12. ſin. loc. pl. 1. 9.) *Fatum fatuum* Amſterd. 1710. in 8. pl. 14. recenſ. in den Unſch. Nachr. 1710. p. 560-563. Noua editio prodiit zu Altona 1730. in 8. pl. 14. exſtat etiam belgica huius ſcripti uerſio, ut indicat ipſe Dippelius in *morbo & medicina uitae animalis* p. 138. 10.) Eröffneter Weg zum Frieden mit GOtt und allen Creaturen, ſiue omnia *Democriti opera theologica* Amſterd. 1709. in 4. continentur in hac collectione 20. opuſcula *Chriſti Democriti*, quae omnia uerboſe recenſet cel. Ioh. Fabricius in *Hiſtoria biblioth. ſuae part. 4.* p. 483-487. add. cel. Reimanni *catal. bibl. theol.* pag. 687. ubi & quaedam de uita *Dippelii* habet, ſed uerboſior eſt in uita *Chriſtiani Democriti* exponenda Fabricius l. c. p. 488. 489. 11.) Nachricht, was mit einem Schwediſchen ſtudioſo (*a*) im

(*a*) Qui fuit Ephraim *Enboerning*, quem *Dippelius* uariis erroribus infecerat, cum uero hos in orphanotropheo Halenſi, praeceptoris munere fungens, propagare ſtuderet, nec emendationem admittere uellet, 1731. Prof. Franckii cura a prouincia ſua remotus eſt, quam remotionem pro

im Wayſenhauſe zu Halle paſſiret 1731. in 8. ſin. loc. pl. 4. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1732. p. 497-499. Cum hoc ſcripto ſequens ſcriptum num. 12. eſt conferendum.

12.) Glaubens Bekänntniß und Nachricht 1732. in 8. pl. 7. ſin. loc. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1733. p. 291, 292. cum hoc ſcripto praecedens ſcriptum num. 11. eſt conferendum.

13.) Gelehrte Zeitungen von gelehrten Zeitungen: Erſtes Stück: Nebſt einer Zugabe von neuen Begebenheiten 1733. ſin. loc. in 8. pl. 3. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1733. p. 1094-1099.

14.) *Vera demonſtratio euangelica* Franckf. und Leipz. 1729. in 8. 1. Alph. pl. 5. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1730. p. 447-455. add. die Leipz. gel. Zeit. 1729. p. 727. & cel. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 761. Continentur in hac demonſtratione uaria ſcripta, a *Chriſti. Democrito* aduerſariis ſuis oppoſita.

15.) *Vitae animalis morbus & medicina Hamb.* 1730. in 8. pl. 10. Prima editio prodiit 1711. *Hamb.* Hoc ſcriptum *Brendelius*, ſub nomine *Polycarpi Chryſoſtomi* latens, germanice uertit Frf. und Leipz. 1713. uid. ſupra ſub uoc. *Chryſoſtomi* Recenſ. in der Samml. von theol. Sach. 1731. p. 967. add. celeber. Reimanni *catal. bibl. theol.* pag. 695.

perſecutione habuit hic ſtudioſus & ideo epiſtolam ad *Dippelium* ſcripſit, quam hic cum ſuis reſponſionibus imprimendam curabat.

16.) Chriſten Staat auf Erden ohne gewöhnlichen Lehr-Wehr- und Nehr Stand 1700. in 8. ſin. loc. in 12. pl. 5.

17.) Anfang Mittel und Ende der Ortho- und Heterodoxie 1699. in 12. pl. 6.

18.) Schild der Wahrheit gegen die nichtigen Auflagen Hrn. Alberti Joachim von Krackewitz Freyſtadt 1728. zum andernmahle in 8. pl. 7. Prima editio prodiit zu Berlin 1706.

19.) Vertheidigung ſeines Tractats uera demonſtratio euangelica genannt, wieder Hrn. Erdm. Neumeiſtern, und D. Ioach. Langen, Prof. Theol. zu Halle. recenſ. in der Sammlung von theol. Sachen 1734. p. 493.

20.) Haupt-Summe der theologiſchen Grundlehren Chriſtiani Democriti 1732. ſin. loc. in 8. pl. 2. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1734. p. 757.

21.) Predigt vor die Nürnberger Prediger 1733. ſin. loc. in 8. pl. 2. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1734. p. 282.

22.) Orcodoxia orthodoxorum &c. ſin. loc. 1697. in 12. pl. 7. de qua uid. cel. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 771.

23.) Thörichte Nothwendigkeit Amſterd. 1710. in 8.

24.) Gedancken von J. von Melle güldenen Bilderchen auf der Inſul Bornholm gefunden it. von dem güldenen Horn in Jütland, Hamburg mit Kupffern.

25.) Chri-

25.) Chriſtianus Democritus ein aufrichtiger Proteſtant und Annihilator 1733. in 8. pl. 8. recenſ. in der Samml. von theol. Sachen 1735. pag. 483.

26.) Entdeckung der gewiſſenloſen Verdrehung ... womit Chriſtophilus Wohlgemuth das Syſtema Chriſtiani Democriti in 153. Fragen nicht ſo wohl zu unterſuchen, als zu beſudeln ſich vorgenommen. 1732. in 8. pl. 19.

27.) *Papiſmus proteſtantium uapulans* ſin. loc. 1698. in 12.

28.) Wein und Oel in die Wunden des geſtäupten Papſtthums ſin. loc. 1700. in 12.

NB. Adduxi tantum hic ſcripta, quae ſub ficto nomine *Chriſtiani Democriti* prodierunt, omiſſis iis, quae uel ſub nomine *Dippelii*, uel ἀνωνύμως ab eo edita proſtant, quorum non exiguus quoque eſt numerus.

De multis Dippelii aduerſariis, eius ſcriptis aliis, erroribus, uita, fatis, &c. aliquando uberiorem notitiam haurire poterit lector ex ſchediaſmate, *de uita & controuerſiis, Dippelio motis*, a me conſcripto, quod tantum ultima adhuc lima indiget.

(103.) Dentati *Neceſſitates epiſtolicae* (*a*) Dreßd. 1703. in 8. pl. 13. Auctor uerus eſt M. *Adam* ZAHN, *Paſtor Dippoldisvvaldenſis* uid. die Unſch. Nachr. 1703. p. 544.

(*a*) Auctor ſequitur b. Conr. Dieterici *analyſin in Euangelia* Promittit etiam *amoenitates epiſtolicas*, quae contineant iucundas illuſtrationes, quemadmodum hae neceſſitates neceſſarias explicationes continent.

(104.) Dernhaeuus *(Ianus)* S. B. eſt *Ioh.* DVRAEVS *(a)* qui ſub ficto iſto nomine edidit *Diſſertationem epiſtolicam ad amicum ab* E.P.S. *de oratione Caſp. a Lilien, Superintendentis Eccleſiarum ſuperioris Burggrauiatus Norici, quam habuit de Syncretiſmo in frequentiſſima Paſtorum Synodo Baruthi* d. 11. Oct. 1672. ſed contra hanc Caſpar. a LILIEN, *Berolinenſis*, publicauit *Reſponſum.* uid. Ioh. Fabricii, abbat. Helmſtad. *Hiſtoria bibl. ſuae* part. 6. p. 92. ubi hic pſeudonymus detectus, quem in part. 5. p. 327. adhuc ignorauerat.

(105.) Detector *(Timotheus)* eſt *Gualtherus* BODAAN uid. *Catal. Bibliotb. Schalbruchianae* p. 86.

(106.) Diſambec, ſub ficto hoc nomine latet DE CAMBIS, per anagramma *Diſambec* & edidit iſte *Vie de ſaint Benezet* in 12. *Avignon* 1679. uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 1207. qui ibidem etiam num. 1208. uitam eiusdem, per

BAIL-

(a) Qui Reformatorum cauſam defendit; ſummum illum in territorio baruthenſi theologum & Superintendentem eccleſiarum generalem iubens deſcendere in ſe, et animum ſcrutari ſuum, an orationem illam non ſcripſerit recitaueritque eo fine, ut ſub odioſo Syncretiſmi nomine odium erga pacem & concordiam eccleſiaſticam excitaret apud ſymmyſtas ſuos, eidemque exprobrat duo, ut uocat, abſurda, quae in eadem exſtent oratione, quorum primum eſt, *Syncretiſtas* (i. e. *Reformatos*) *uerbis concordiam ſonare, re ſeruitutem exigere & in exſilium innoxios eiicere;* alterum, *omnia hactenus enumerata ſcripta, Syncretiſmo oppoſita, ſolide refellere debere, ſi poſſint, Syncretiſmi fautores & architectos.*

BAILLETVM ſcriptam it. eiusd. uitam per DES PREAVX 1675. in 12. *Avignon*, & *Hiſtoire de Benezet per Agricole* (Pſeud.) i. e. *Ioſeph Pierre* DE HAITZE (uid. ſupra uoc. *Agricole*) 1708. in 16. *Aix* exaratam adducit num. 1206. 1208. 1209.

(107.) *Sympoſium medicum*, quod ſub ficto nomine IOSEPHI DONZELINI prodiit, uerum habet auctorem *Dominicum* GVILIELMINI (*Medic. Doct. Bonon.*) uid. *uitam Guilielmini, a Ioh. Baptiſta Morgagni, Medico, operibus Guilielmini* 1719. *Genevae* in 4. editis, *praemiſſam.*

(108.) Drany ſub hoc nomine Mr. ANDRY ſcripſit *de peſte* contra *Goiſſonum* 1723. uid. praef. zu den Leipz. Zeit. von gel. Sachen 1723.

(109.) Dromadius eſt *Ge. Sam.* WAGNER.

(110.) Duarhenus. Hoc nomen aſſumſit *Ioh. Conr.* DANHAVERVS *Prof. Argentoratenſis* & contra Reinbothum, *Superintendentem Holſatum* defendit *aeternam Sp. ſ. a patre & filio proceſſionem.* uid. Vhſens Kirchen-Hiſtorie des 17. Sec. pag. 500.

(111.) Durkundurckhi (*Benno*) uero nomine uocatur *Leo* ALLATIVS uid. b. Struuii *diſſ. de doctis impoſtoribus* §. 32. fin.

(112.) Durodulus eſt *Laurent.* BOEGER, qui ſcripſit *de nummis Cretenſium ſerpentiferis.* uid. Ioh. Fabricium in Hiſt. bibl. ſuae part. 3. pag. 417.

E.

(113.) Ebenfelds (*Ioh.*) Bürgers zu S. Jacob in Magdeburg Entdeckung einiger Unrichtigten,

ten, *(a)* welche der Herr Lieutenant, unter dem Arnheimiſchen Regiment zu Magdeburg von Blanckenſee in ſeinen Lebens Lauf *(b)* einflieſen laſſen. Magdeburg 1728. in 4. pl. 5. Auctor uerus eſt *Sam.* VVALTHER, *Conrector celeb. Gymnaſii Magdeburgenſis*, uid. die Samml. von theol. Sachen 1730. pag. 129.

(114.) Syluander von Edelleben, ſub hoc nomine uir cel. de LOEN edidit vermiſchte Gedichte 1725. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1726. in praefatione ſub fine.

(115.) Ehrencron *(Irenicus)* ſub hoc nomine ficto, Philippus Balth. Sinold von Schütz, doctiſſimus eques, edidit Schleſiſche Kirchen Hiſtorie, elegantem librum, Partes 2. Francof. 1708. 1709. in 8. uid. *catalog. librorum uiri cuiusdam clariſſimi Lipſienſis* Part. 1. p. 44. & *catalog. Bibl. Menckenianae* p. 386. Sed alii plures claris teſtimoniis

(*a*) Waltherus nimirum oſtendit, *Blanckenſeeum* Fanaticiſmo infectum eſſe, & eius ſimplicitatem diuinam ex Melancholia proueniſſe, quodque Tennhardi & Gichtelii ſcriptis deceptus ſit. Quackerorum principiis ipſum fauere, publice docere & concionari uelle. Ipſum durante cultu publico diuino in templum irruiſſe & ad poenitentiam excitare uoluiſſe homines elata uoce. Ipſum quoque Enthuſiaſmi reum eſſe. Monſtrat etiam Waltherus, Blanckenſeeo preces nihil prodeſſe, quamdiu adhuc Tennhardi erroribus inhaereat.

(*b*) Quod uitae curriculum prodiit ſub tit: Joachim Friedrich von Blanckenſee Umſtändliche Nachricht deſſen, was ſich einige Jahre in meiner Bekehrung und Bußkampff zugetragen, in eine kurtze Lebens Beſchreibung gefaſſet Magdeb. 1728. in 4. pl. 11. de quo ſcripto uid. die Samml. von theol. Sachen 1730. p. 125-129.

moniis probaſſe dicuntur, uerum huius libri conditorem eſſe, *Ioh. Dau.* KOEHLERVM, *Prof. P. O. Goettingenſem.* Illi potius Schützio adſcribendus eſt liber, qui ſub tit. Amadei Creutzbergs geiſtliche Poeſien prodiit Nürnb. 1720. in 8. non minus legentes, quam applaudentes conſecutus. uid. ſupra ſub uoc. Creutzberg.

(116.) Ehrenhold, ſub hoc nomine Siegfried Benzen, Paſtor & *regii Rensburgenſis Conſiſtorii Aſſeſſor*, edidit ſcriptum paucarum plagularum, in quo epitomen feciſſe dicitur libri ſui, cui tit. *Chriſtianus minime chriſtianus contra Thomaſium;* reſpondere uoluit quoque in hoc ſcripto ad conſilium iuridicum Thomaſii ſub nomine Fromholds edit. uid. Chriſtian Thomaſens Abfertigung derer in der ausführlichen Beſchreibung des Pietiſten Unfugs enthaltenen Läſterungen p. 1. latet etiam Thomaſius ſub nomine ficto *Iac.* ANDERSOHN, de quod uid. Placc. in pſeudon.

ELEVTHERIVS *Taximenes*, uid. TAXIMENES.

(117.) Eleutherius *(Auguſtinus)* ſub hoc nomine latet *Seb. Franck*, ὁ παραδοξολόγος, praenomen ſuum graecum cum latino, & cognomen germanicum cum graeco commutans. Sub hoc nomine exſtat liber latinus, quem FRANCKIVS ante uero ſuo nomine addito, germanice diuulgauerat, *Mülhuſii ſuperioris Alſatiae* 1561. in 8. excuſus ſub tit. *de arbore ſcientiae boni & mali, ex qua Adamus mortem comedit & adhuc hodie cuncti homines mortem comedunt, quidnam ea ſit, ac quemadmodum ea etiam hodie cuique ſicut Adamo uetita ſit: & quemadmodum haec arbor,*

uide-

uidelicet ſerpentis ſapientia, in Adamum plantata, ſit magnus ille deaſter & multiceps illa belua, cuius ſit in Daniele & Apocalypſi mentio, quam adoret mundus uniuerſus. Et rurſus quid ſit arbor uitae contra totius humani generis ſapientiam, probitatem atque ſcientiam, item de maieſtate & natura ſermonis Dei. Sub eodem nomine *Auguſtini* ELEVTHERII exſtat *Seb.* FRANCKII ſententia: *non eſſe temere habendos pro haereticis, quos mundus pro talibus habeat*, in perſonati *Martini* BELLII libro *de haereticis* p. 102. ſeq. in quo multorum tum ueterum, tum recentiorum de iis ſententiae exhibentur, an nimirum ſint perſequendi & quomodo ſit cum eis agendum? Deſumta autem eſt iſta ſententia ex eius praefat. in tertium 3. partis Chronicorum librum. uid. Schelhornii *amoen. liter.* Tom. 2. p. 57. not. (n)

(118.) Eleutherius (a) *(Theodorus) Theologus*, qui edidit libros 6. Hiſtoriae Congregationis de auxiliis gratiae *ſub ſummis Pontificibus*

(a) Hic epiſtola 1709. edita, oſtendere conatus erat, in Hiſtoria citata falſo ſibi quaedam obiecta eſſe, ideoque ſe ab Ianſeniſmi imputatione purgare ſtuduerat. Verum Norbertus epiſtolam ſuam, ſi credimus *Eleutherio*, clam diſtribuerat amicis, nec niſi multo demum poſt tempore Eleutherius id reſciuit, ac uix tandem exemplar illius epiſtolae nanciſci potuit. Eleutherius igitur p. 4. epiſtolae ſcribit, ſe in hiſtoria citata ex ipſius Norberti epiſtolis probaſſe, fauere ipſum Ianſenianis, ſed tamen ſuppreſſiſſe maximam, eamque deteriorem ſcriptorum eius partem. Quae Eleutherius Norberto obiecit, adducuntur in *Actis erudit. Lipſ. lat.* 1711. p. 334. conf. & haec acta 1707. p. 369. & 370. ubi etiam quaedam de *Norberto* habent.

bus, Sixto V. Clemente VIII. & Paulo V, quibus demonſtrantur ac refelluntur errores & impoſturae innumerae, quae in Hiſtoria congregationum de Auxiliis edita ſub nomine Auguſtini le Blane notata ſunt, & refutantur. Acta omnia earundem Congregationum, quae ſub nomine F. Thomae de Lemos prodierunt. Antverpiae 1705. in fol. 10. Alph. in qua oſtendit, quod *le Blanc*, uel P. *Serry* in Hiſtoria congregationis & generatim Dominicani cum Ieſuitis communem cauſam facerent. Auctor uerus eſt *Liuinus* de MAYER, uid. die Unſch. Nachr. 1716. p. 320. Eleutherii primus liber uerboſiſſime recenſetur in *Actis eruditor. Lipſ. latin.* 1707. p. 366-377. add. ſupra ſub uoc. *le Blanc* not. (b) Tetigit quidem iam hunc pſeudonymum celeb. Heumannus p. 46. in ſchediasmate, huic bibliothecae praemiſſo, ſed illuſtrationis cauſſa ſequentia adduximus. Eleutherio nec inuitis eius aduerſariis laus eruditionis ac praeſtantiſſimi ingenii tribui poteſt. Nam hoc res ipſa docet, & dicendi quoque genus elegans, comptum, uegetum, argumento, quod tractat, accommodatum. Occaſionem neceſſitatemque ſcribendi primo ediſſerit Eleutherius in praef. 1.) ſcil. falſitatem in le Blancii hiſtoria, audaciamque eius, qua alios prouocauerit. Serrium Ianſeniſtis blandiri probare contendit, it. Natalem Alexandrum, Norbertum d'Elbeque & Wallonum. Bullam, quam circumferant Dominicani, emendicato Pauli nomine inſcriptam, huic Paulo tribuendam merito negare Ieſuitas. In lib. 1. origo controuerſiarum detegitur, & qua occaſioue turbae Belgicae ortae, quaue

quaue auctoritate compoſitae fuerint exponitur. Originem hanc Eleutherius arceſſit ab infauſta quorundam ordinis Dominicani erga ſocietatem Ieſu, recens enatam aemulatione, ſed quosdam tamen Dominicanos Societatem Ieſu inſigni amore proſecutos eſſe. Inter principes, qui nouam Ieſuitarum ſocietatem aegre tulerint, nominat Melchiorem *Canum*, apud Salmanticenſes Theologiae Profeſſorem celeb. qui cum 1548. *Turrianus* (Michael) miſſus ab Ignatio Lojola cum tribus ſociis Salmanticam ueniſſet, in eos totamque ſocietatem acerbitate magna debacchatum, admonuiſſe populum, cauere ſibi ab Anti Chriſto, cuius emiſſarii iam Salmanticae uerſarentur. *Cani* exemplum cum & alii ex eodem ordine ſequerentur, Franciſc. *Romaeum*, ordinis Dominicani magiſtrum generalem, edito atque transmiſſo ad ſuos mandato grauiſſimo, ferociam illorum repreſſiſſe. Quo non obſtante, perrexiſſet, Melchior Canus in ſuo inſtituto, imo acrius in Ieſuitarum inſurrexiſſe ſocietatem, quod Dominicus quoque *Soto* fecerit, & ex Cani diſcipulis Iac. *Peredus*, Abulae Theologiae Profeſſor, aliique. Refellitque prolixe ſententiam le Blancii, qui in Hiſtoria ſua contenderat, originem harum controuerſiarum fuiſſe, quod mortuo Ignatio Lojola, Ieſuitae, legum a magiſtro ſocietatisque ſuae conditore ſibi latarum parum memores, a doctrina Thomae Aquinatis diſceſſerint; ſed Eleutherius probare conatur, nec ſocietatem, nec praepoſitos generales ullo apice leges, a fundatore latas, infregiſſe. Idem, dicit, controuerſiam 1587. in

Belgio

Belgio enatam inter Facultatem Theologiae Louanienſem & Leonhardum Leſſium e Societ. Ieſu, uiam aperuiſſe controuerſiis de auxiliis gratiae; nam quia multae propoſitiones Michaelis Baji a Pio V. & Gregorio XIII. ut haereticae, erroneae, ſuſpectae damnatae eſſent, hunc Bajum, cui plurimi fauebant, inſtigaſſe academiam Louanienſem, ſcripta Ieſuitarum diligenter excutere, ſi quid turſus & in iis erronei inuenirent. De qua controuerſia multa notatu digna ex Eleutherii ſcripto ſuppeditant acta erudit. lat. 1707. p. 374. ſq. uti & de condemnatione Baji per pontifices & de turbis, in academia Duacenſi ortis. Innocentiam Ieſuitarum prolixe tuetur hic Eleutherius & le Blancii aberrationes & hallucinationes, quas uocat refellit, imo non tantum nihil ueri, ſed ne ueroſimile quidem in tota hac Hiſtoria eum ſcripſiſſe diſerte pronuntiat. Libro 2. qui recenſetur in Actis erudit. 1707. p. 389-397. de origine huius controuerſiae in Hiſpania agit, ubi ut & in Luſitania & in ipſa urbe Roma ingentes turbas excitauit Banneſius & eius aſſeclae 1581. contra Prudentium de Montemajor e Societ. Ieſu, Theologum in academia Salmanticenſi In libro 3. exponit, quae primum Romae a Praedicatoribus & Conſultoribus geſta, ac primis coram Cardinale Madrutio congreſſibus diſputata utrinque ſunt. In libro 4. Propoſitiones 20, a Molinae aduerſariis, partim infideliter (ut putat auctor) ex libro Concordiae collectas, earumque cenſuras & Patrum Praedicatorum oppugnationes, nec non defenſiones patrum Societatis, ſumma fide,

ut titulus libri habet, exponit. Libro 5. diſputationes coram ipſo Pontifice, Clemente VIII. habitas, prolixe refert & quid in ſingulis Congregationibus geſtum ſit, condocet. Libro 6. quae ſub Paulo V. Pontifice in hac cauſa geſta ſint, enarrat. In appendice huius operis Inſtrumenta & ſcripta quaedam prolixiora, ad hiſtoriam hanc ſpectantia, exhibentur, ſcilicet: Diſſertatio de genuinis Pelagii & Maſſilienſium erroribus, eo comparata, ut Pelagianiſmi ſuſpicionem a Ieſuitis amoliatur. Leonhardi Lesſii apologia aduerſus cenſuras, Louanienſem & Duacenſem. Scriptum Roberti Bellarmini in defenſionem doctrinae Leonhardi Lesſii, Ludouici Molinae appendix ad librum de Concordia & alia.

2.) Idem Eleutherius edidit *Epiſtolam curioſam ad F. Norbertum d' Elbecque* (*a*) *reſponſoriam Bruxellis* 1710. in 4. pl. 6. in qua p. 95. fatetur, ſe eſſe eundem, qui ſcripſerit Hiſtoriam controuerſiarum de diuinae gratiae auxiliis. Quidam ex uerbis *Actor. Erudit. Lipſ. lat.* 1707. p. 367. quibus fatentur, Conradum *Ianningium* transmiſiſſe Hiſtoriam controuerſiarum, ſuſpicati ſunt, ſed ſine fundamento, hunc eſſe huius epiſtolae auctorem, quemadmodum, & illi falluntur, qui Eleutherii nomen a Ioh. Baptiſta du Sollier adſcitum eſſe crediderunt, ut huius epiſtolae auctor p. 90. diſerte ſcribit.

(119.) Eli-

(*a*) Ex errore hic omiſſa eſt nota huc pertinens & ad pag. 62. (in fol. pag. 16.) perperam relata, quam uelim conſulas.

(119.) Eliſandri *epiſtolae latinae & germanicae* uerum auctorem habent M. *Eliam* SCHVLTZIVM, *Waldburgenſem.* uid. Extract der Leipz. Nouvellen 1711. p. 92.

(120.) Elpiſtius *(Irenaeus)* qui edidit *Diſquiſitionem de eligenda religione in Germania* 1719. in 4. pl. 6. eſſe dicitur *Frider.* GLADOVV *(a)* uid. Euſebii Philalethae, pſeudonymi, *ens rationis, ſiue Syncretiſmum religionum, ex iure naturae illuſtratum* 1722. in 4. editum pl. 8. p. 36. recenſetur hoc ens rationis in der Sammlung von theol. Sachen 1723. p. 405.

(121.) Erdmann, ſub hoc nomine THOMASIVS edidit Geſpräch vom Simultaneo. uid. magnif. Eſtoris *delineationem iuris publici eccleſiaſtici Proteſtantium*. p. 227.

(122.) Erdmanns erbauliche Todes Stunden, *(b)* Tübingen 1730. in 8. Auctor eſt MOSERVS

(a) Qui a Lutheranis ad Reformatos tranſiit, p. 18. reiicit articulos fundamentales, religionem chriſtianam & Scr. S. ambigua eſſe cenſet, ita ut per rationem optima ſemper ſint quaerenda. Eius principium eſt, ubi ratio aliquid neget, reuelatio autem affirmet, ibi reuelationem falſam eſſe p. 32. Noſtros accuſat, quod rationem profligarent, praeſertim in doctrina de Chriſto & ſacra coena. Baptiſmum eſſe fictitium regenerationis medium p. 39. Confeſſionem, Exorciſmum & imagines in templo eſſe meram ſuperſtitionem p. 41. Vnionem religionum commendat. uid die Samml. von theol Sachen 1720. p. 968. add. *Journal Litteraire* 1720. menſ. Febr. n. 11. D *Chladenius,* Wittebergenſis, hoc *Elpiſtii* ſcriptum in quibusdam programmatibus refutauit.

(b) Inſertum eſt hoc ſcriptum dem alten und neuen aus dem Reiche Gottes und der übrigen böſen und guten Geiſter parti 3. Franckf. 1733. in 8. edit. ab eodem Moſero

SERVS, *conſiliarius regiminis & Profeſſor Tubingenſis*, uid. die Samml. von theol. Sachen 1734. pag. 501.

(123.) Eremund *(Erneſtus) Friſius*, ſub hoc nomine prodiit liber *de furoribus Gallicis & caede Admiralii Caſtillionii atque illuſtrium uirorum, paſſim edita per complures Galliae ciuitates, uera & ſimplex narratio in 4. Edinburgi* 1573. *Londini* 1573. *Lugduni Batauor.* 1619. *Amſtelod.* 1641. Quidam hunc librum perperam tribuunt *Theodoro* BEZAE & *Huberto* LANGVETO. Auctor uitae Huberti Langueti probat, quod hoc ſcriptum a LANGVETO profectum eſſe nequeat, quia cum reliquis eius ſcriptis non conuenit. Le Long itaque *dans ſa Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 7829. putat, *Franciſcum* HOTOMANNVM, *Pariſinum*, latere ſub hoc nomine ficto. Le Long l. c. in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(124.) ab Erskhein *(Guſtau)* eſt *Frider. Vlric.* CALIXTVS, *Georgii filius*, qui edidit *relationem de Pasquillis (a)* germanice 1680. in 4. Addi-

---

ἀνωνύμως de qua uid. Bibliothec. meam Anonymor. tit. Altes und neues.

(*a*) Pasquillus, ſiue famoſus ille libellus erant Scholia aliquot in praefationem Frider. Vlrici Calixti, refutationi Harmoniae Calouianae praefixam, ſine auctoris loci & typographi quidem nomine 1679. (quo & Calixti refutatio prodierat) ut poſtea patuit, Onoldi impreſſa, auctore D. *Godofr.* HAENDELIO, *Plauia-Variſco, eccleſiarum in principatu inferiori brandenburgico Superintendente generali, Sereniſſimi Principis Onoldini a conſiliis eccleſiaſticis*

Additur Appendix contra A. R. & mirum, ni ipſe *Fridr. Vlric.* CALIXTVS huius appendicis & relationis eſt auctor, imo Fabricius l. c. audet dicere *ipſiſſimum eſſe.* Stilus enim, commotio animi, ex offenſione orta, & alia, prorſus eum ſapiunt & alium neminem. uid. Hiſtoriam *biblioth. Fabricianae part. 4.* p. 331. & *part. 5.* p. 268. & exinde *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1721. p. 455.

(125.) Eſchinger (*Hildebrand*) eſſe dicitur cel. *Erdmannus* NEVMEISTERVS, qui ſub iſto ficto nomine ediderit: Sendſchreiben an Joachim Straubnern in 4. 1722. das darinnen befindliche Lied hat jemand beſonders nachdrucken laſſen. uid. cel. Goettens jetztleb. gelehrt. Europa part. 1. pag. 110.

(126.) Eſthen (*Siluius*) eſt *Ioh. Ludouicus* PRASCHIVS (*a*) uid. *Apparatum litterar. Witteb. Part. 2.* p. 136.

(127.) Euſebii romani ſub nomine prodiit epiſtola *de cultu ſanctorum ignotorum.* Haec epiſtola etiam gallice uerſa & *Vltraj.* 1705. in 8. edita

(*E*) 3

& concionibus aulicis primariis & confeſſionibus ſacris, nec non ad S. Gumberti antiſtite. Et haec cimelia, ut refert Fabricius l. c. p. 333. quod non duntaxat Calixtum iniuriis, conuiciis & calumniis peterent, uerum etiam Caluiniſtis, qua talibus (ſic enim Reformatos conuiciabantur) maxime impias & ſumme blaſphemas tribuerent doctrinas, eosque e numero Chriſtianorum atque heredum regni coeleſtis eiectum irent, meruerunt, ut Berolini in foro publico, ſub patibulo, manu carnificis exurerentur, atque ad orcum, unde peruenerant, transmitterentur.

(*a*) Qui etiam latet ſub *Petri* NASTVRZII nomine de quo uid. Placc. *in pſeudon.*

edita eſt. Nam primum anno 1698. latine prodiit. Auctor autem uerus eſt *Ioh.* MABILLONIVS. uid. Clerici Tom. 20. *de la Bibl. choiſie* pag. 245. qui id ſumſit ex Bozii *elogio Hiſtorico Mabillonii Pariſ.* 1708. edito. add. *acta eruditor. Lipſ. latin.* 1699. pag. 108.

(128.) Euſebii *(Theognoſti)* Überſetzung der Buddeiſchen Lehr-Sätze von der Atheiſterey und dem Aberglauben. Altera huius uerſionis *(a)* editio *Ienae* prodiit 1723. impenſis Ioh. Felicis Bielckii. Auctor eſt b. *Adolphus Guil.* a GOHREN, *Theol. D. & quondam Paſtor Hamburgenſis* celeb. quem magnif. Stollius in der Anleitung zur Hiſt. der Theolog. Gelahrheit p. 719. meritis cohoneſtauit encomiis.

(129.) Eyckenboom *(Ignatii).* Sub nomine hoc edidit P. *Gabriel* GERBERON *Ianſeniſta Defenſionem adumbratam eccleſiae romanae catholicaeque ueritatis de Gratia contra Melch. Leydeckeri Hiſtoriam Ianſeniſmi* 1696. uid. in Biblioth. mea anon uoc. *Proceſſus* not. (c.) Haec defenſio Romae damnata eſt uid. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1705 p. 245. Idem GERBERON latet ſub nomine le Sieur de BOIS, Flore de SAINT FOY, RIGE-

(*a*) Compoſuit autem hanc uerſionem, ut adfini ſuo, bibliopolae, gratificaretur Gohrenius: tam felici quidem Minerua, ut uerſio haec ipſi b. Buddeo omnino digna uideretur, quam praecipuo inſigniret elogio. cf. cel. Stollium loc. cit. und die neuen Zuſätze zur Hiſtor. der Gelahrheit p. 176. Ni ueritus eſſet interpres eruditiſſimus, ne opuſculum animaduerſionum ſuarum cumulo in commodo maiorem excreſceret molem, quin plures addiderit notulas non dubitamus.

RIGERII (quia nimirum Rigidiſtarum partibus fauit) de quibus fictis nominibus uid. Placcius. *in pſeudonym.*

F.

(130.) Faber (*Antonius*). Verus auctor eſt *Ioh. Chriſt.* LEVCHT, *Norimberg.* in *catal. Biblioth. Haſeanae* pag. 462. auctor uocatur *Chriſt. Ioh.* LEVCHT. conf. die Leipz. gel. Zeit. 1716. in praef. und Paulini im curieuſen Bücher Cabinet part. 1. in 4. Eingange p. 648. edidit autem hic pſeudonymus die Europäiſche Staats Cantzelley, in ſich haltend nützliche Staats-Iuſtiz, Policey-Cameral-Militar und andere auf Reichs und Creyß-Tägen paſirte merckwürdige materien, nebſt einem Anhange de ſtatu Poloniae 1697-1710. Part. 75. vollum. 75. in 8. uid. die neue Bibliothec Tom. 5. p. 36. cel. Kemmerich in ſeiner eröffneten academie der Wiſſenſchafft. Part. p. 1370. uocat auctorem uerum D. LEIGT. LEVCHT alias etiam induiſſe dicitur fictum nomen *Caſſandri* THVCELII.

(131.) Faber Domini, qui edidit libellum *de Papa muliere Witteb.* 1609. in 8. eſt *Iac.* HERRENSCHMID uid. *Bibl. meam Anonym. n.* 1664.

(132.) Sub nomine Ernſt Ludvvig von FARAMONDS dominus de SCHVTZ edidit 1719. zu Nürnberg den Weiſen und tugendhafften Epictetum in der Sauerbrunnen Cur zu Schwalbach: nebſt dem kleinen Görgel in Lebens Gröſe vorgeſtellet, transtulit hic dominus de SCHVTZ Epictetum in germanicam linguam, huicque uerſioni notas adiecit omnino magni habendas; hiſtoria

illa von kleinem Görgel uera eſſe, & multum ad pietatem prouehendam conferre poſſe cenſetur. uid. die Leipz. Zeit. von gel. Sachen 1719. pag. 133. Idem ſub iſto nomine 1731. Francof. ad Moen. edidit in 8. pl. 11. (& prodiit denuo zu Hirſchberg 1733. in 8. pl. 5. uid. die Samml. von theol. Sachen 1733. p. 1105. ubi dicitur, auctorem eſſe *Sileſium*) Beylage zu dem Reiche der Eitelkeit und der Thorheit, quod ſcriptum iam antea ediderat uid. die Leipz. gel. Zeit. 1732. n. 14. & collectionem 17. der Sammlung zum Bau des Reichs Gottes p. 46.

(133.) Farellus *(Galenus)* eſt P. ALLINGA uid. *catal. Biblioth. Schalbruchianae Part. 2.* p. 20.

(134.) Fatidicus (*Mercurius*) ſub hoc nomine latet *Alexander* TORQVATVS. uid. Speneri *conſilia latina Theol. Part. 1.* p. 151. Idem TORQVATVS occultauit ſe ſub nomine MENIPPI de quo uid. Placc. n. 1735. *Pſeudon.*

(135.) Felius (*Stanislaus*) eſt *Iulius Clemens* SCOTVS. uid. Muhlii *proluſio de Conc. Tridentino* pag. 12.

(136.) *du* Ferrier ſub quo nomine 1652. prodiit *L' Catholique d' Eſtat*, non eſt pſeudonymus, ſed genuinum auctoris nomen. uid. num. 77. anonymor. gallicor.

(137.) à S. Fide (*Hieronymus*) eſſe dicitur *Hieronymus Gundlingius*, (*a*) qui ſcripſit: Abferti-

(*a*) Auctores der Unſch. Nachr. 1704. p. 117. dicunt, ſtilum huius ſcripti accurate conuenire cum ſtilo auctoris der neuen Halliſchen Unterredungen, quibus ante biennium ſingulis menſibus ſcandalum praebere ſuſceperit ho-

fertigung der unpartheyiſchen Gedancken, (*a*) quam ille edidit, qui huc usque *de Magia occulta* uaria ſcripſit contra Thomaſii Theſes *de crimine magiae* Franckf. 1703. in 4. pl. 6.

(138.) Fiſen (*Nicolaus*) ſub quo nomine *Jean Erhard* FOVLON, *Ieſuita*, edidit *Vindicias eccleſiae Tungrenſis* contra Godofr. Henſchenii *Diatriben de Epiſcopatu Tungrenſi & Traiectenſi*, de qua uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 3389. de *Fouloni* autem libro n. 3390. qui etiam ibidem in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, ad res Tungrorum ſpectantia, adducit.

minibus auctor, ita ut continuatio horum colloquiorum a magiſtratu prohibita fuerit. Haec colloquia diſerte GVNDLINGIO tribuit celeb. Stollius in der Nachr. von ſeinen Büchern part. 5. p. 509. ubi tres priores horum colloquiorum menſes neruoſe & accurate recenſet, ualde dolens, continuationem horum colloquiorum Halae ſub Prorectoratu D. *Buddei* prohibitam eſſe. Criterium quod *Gundlingius* ſub nomine Hieronymi a S. *Fide* lateat, etiam exinde peti poſſet, quod adſciuit nomen *Hieronymi*, ordinarium quod eſt eius praenomen.

(*a*) Auctores der Unſch. Nachr. l. c. iudicant, hunc pſeudonymum ualde temerarium eſſe & omnes aduerſarios ſuos, ueluti fungos & ſtipites contemnere. Stilum ubique eſſe Satyricum & a chriſtiano amore alienum. In Miniſterium eccleſiaſticum ſine omni exceptione multas effundi calumnias, quod auctor uocaret *miniſterium iniquitatis*. Eundem ſtatuere, quod in tota Hiſtoria philoſophica ueterum nihil reperiatur de magis, proprie ita dictis, & pactis cum daemone, quod ut & alias auctoris periculoſas theſes l. c. refutant auctores der Unſch. Nachr. de diuinitate libri Hiobi periculoſe ſentire aiunt hunc pſeudonymum, §. 35. & famam ſuam contra illum uindicant.

(139.) Fisheri *(Ioh.)* nomen adſcititium eſſe & ſub illo *Ioh.* PERSEVM latere contendit P. des Mazeaux auctor *an Hiſtorical and critical account of' the Life and Writings of Mr. William Chillingvvorth*, ſiue *recenſionis Hiſtorico-criticae uitae & ſcriptorum Guil. Chillingvvorthi* p. 5. & 44. prouocans ad notas ex Bibliotheca ſcriptorum ſocietatis Ieſu, uid. *Acta erudit. Lipſ. latin.* 1727. pag. 431.

(140.) Foederophili *(Ioh.) Nouum & inuictiſſimum contra potiſſimas Caluinianorum hypotheſes argumentum (a) ex propria ipſorum doctrina de foederibus diuinis erutum, Stuttgardiae* 1717. in 4. pl. 3. Auctor eſt *Ioh. Andr.* GRAMMLICHIVS, *Diaconus aulicus Wurtenbergicus*. uid. die Samml. von theol. Sachen 1724. p. 1041. cuius auctores potiores FOEDEROPHILI theſes, quibus eius demonſtratio innititur, indicant.

(141.) Der Foerdernde. Sub quo nomine prodiit uerſio germanica Ge. Calixti *de pactis Dei* &c. ſub tit. Bundes Lade, verteutſchet durch den Foerdernden Braunſchweig 1678. in 4. Auctor huius uerſionis eſt *Zacharias Bückſchenck (b)* von

(*a*) Idem argumentum iam ante ſe primum urſiſſe Puffendorffium *in iure feciali*, Goebelium in diſput. ſub Muſaeo habita, Reuterum in libello *de federe & teſtamentis diuinis*; ex Reformatis Vlackium, qui Leydeckerum ideo refutauerit; ex Pontificiis Alphonſum Salmeronem, ipſe fatetur Grammlichius §. 2. ſed in praeſenti ſchediaſmate omnium fuſiſſime & pluribus rationibus id fecit auctor.

(*b*) De hoc ita iudicat celeb. Reimannus *in catalogo biblioth. theol.* p. 485. *Vir pietate non minus, quam doctrina inclitus & ſocietatis fructiferae membrum non otioſum*

von LINDENHOFEN I. V. D. & P. P. *Ienenſis, in ducatu Iſenacenſi* poſtea praefectus.

(142.) Fonteius *(Claudius)* eſt uero nomine *Iacobus* BOILAVIVS, *(a)* Guilielmi frater, qui edidit tr. *de antiquo iure Presbyterorum in regimine eccleſiaſtico* 1670. in 8.

(143.) de S. Foy *(Flore)* ſub hoc nomine P. GERBERON *(b)* *(Gabriel.)* edidit *le Miroir de pieté* i. e. *Speculum pietatis doctrinam de praedeſtinatione cum conſectariis eius conſiderans* 1677. *Liege.* uid. inter anon. lat. in Biblioth. mea anonym. uoc. *Proceſſus* not. (c).

ſane, nec inutile; *Sed induſtrium & nauum, cuius uel ſola haec translatio luculentum exhibet teſtimonium.*

(*a*) Iacobus *Boilauius* erat Doctor Sorbonnicus, poſtea ad Decanatum eccleſiae metropolitanae Senonenſis ab eiusdem Archiepiſcopo Gondrino uocatus & a morte Montpezati, poſt Gondrinum antiſtitis, in eiusd. eccleſ. uicarium magnum & officialem euectus demum 1694. reuerſus, a rege canonicatu ſanctae Capellae (*la ſainte Chapelle*) donatus fuit. Lutetiae edidit etiam hic auctor librum *de antiquis & maioribus Epiſcoporum cauſis ad confutationem errorum Dauidis* in libro *des jugements canoniques des Eveques, avec une diſſertation ſur le Concile plenier de S. Auguſtin*, autore *Theologo Pariſienſi Leodii* 1678. in 4. uid. *Acta eruditor.* idem edidit gallice tractationem de *impedimentis matrimoniorum*, in qua defenditur Launoji Syſtema contra *Galeſium* & *Gerbeſium* uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1713. p. 57. und die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 275.

(*b*) Qui in hoc libro agit de utilitate, quam doctrina Ianſenii ad ueram pietatem praeſtaret. Archiepiſcopus Rhemenſis & Aquarum Sextiarum (*Aix*) hunc librum condemnarunt, ſed Gerberon literis quibusdam ſcriptum ſuum defendit. uid. die Unſch. Nachr. 1712. p. 186, add. Placc. n. 1088. Pſeudon. ubi alius huius auctoris ſub eodem nomine liber exſtat. add. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1705. p. 244.

(144.) Franckens (Adam) unpartheyiſche Anmerckungen über die Verantwortung der Heidelbergiſchen Kirchen Räthe in 4. 1722.

(145.) Franckens (George) kurtze und beſcheidene Erinnerungen und Weiſungen ad quendam theologum Polonum in 4. 1726. Vtrumque hoc nomen aſſumſiſſe dicitur celeb. *Erdmann* NEVMEISTERVS. uid. Göttens jetzt leb. gel. Europa part. I. p. 107. & 108.

(146.) Franckenberg (Innocentius) uero nomine uocatur *Martin Henr.* FVHRMANN, *(a) Gymnaſii Fridericiani Berolinenſis Cantor*, qui edidit gerechte Wag-Schale *(b)* pl. 3. contra epiſtolam D. *Gudenii*, Superintend. general. Goettingenſis, quae adhaeret D. Ioach. Meyers *(c)* anmaßgeblichem Hamburgiſchen Critico *(d)* ſine Criſi Lemgo 1728. in 8. pl. 12.

(147.)

(a) Idem Fuhrmannus iam antea ediderat die Muſicaliſche Strigel. uid. etiam ſub uoc. *Friſchmuth* paulo infra & ſub uoc. *Liebhold*, ubi ſcripta ab eodem hoc *Fuhrmanno* duo pſeudonyma occurrunt, huc referenda.

(b) Contra hoc ſcriptum ſub nomine eines danckbaren Diſcipuls Herrn D. Meyers prodiit der abgewürdigte Wagemeiſter 1729. in 8. pl. 4. in forma dialogi, in quo Fuhrmanni Wagſchale tanquam minus recte appenſa proponitur.

(c) Cuius ſententia de Muſica ſacra recenſetur in der Sammlung von theol. Sachen 1726. pag. 857. & huius collectionis auctores iudicant, Mayerum erudite & modeſte de hoc argumento egiſſe.

(d) Hic eſt *Matheſon* Hamburgenſis, qui Muſicae eccleſiaſticae a Meyero uim inferri putans, ediderat den Göttingiſchen Ephorum, de quo uid. die Leipz. gel. Zeit. 1727. p. 612. ſed accurationem & modeſtiam in hoc ſcripto deſiderant auctores der Samml. von theol. Sachen 1730.

(147.) Francus *(Iac.)* qui edidit *Jehova uindicem, ſiue de rebus gallicis narrationem primam & ſecundam Bremae* 1590. in 8. Auctor uerus eſt *Conrad.* MEMMIVS uid. *catal. Bibliothecae Menckenianae* p. 483.

(148.) Freyer (Peter) eſt D. SCVLTETVS, qui ſub ficto iſto nomine contra D. Hoe edidit das erſte Geſpräch ſo zwiſchen Berlin und Brandenburg im Monat May ſoll gehalten worden ſeyn, uid. die Unſch. Nachr. 1732. p. 730.

(149.) Fridliebii *(Erici)* Unterſuchung des Indifferentiſmi Religionum, Glückſtadt, ſine tempore in 8. Celeb. Reimannus *in catal. bibl. theol.* p. 1069. dicit, non ſatis eſſe conſtitutum, quis uerus ſit auctor. Eſſe enim, qui *Ennonem Rudolphum* BRENNEISENIVM, alios *Iacob. Frider.* LVDOVICVM *(a)* ſub hoc nomine latere exiſtiment

p. 283. Huic *Matthesono* Meyerus in hoc ſcripto acerbe reſpondet & Paſtorem Neumeiſterum ſine cauſa acriter excipit.

(a) Qui natus eſt 1671. d. 19. Sept. Wachtolshagenii prope Treptovv in Pomerania & mortuus 1723. d. 14. Dec. Gieſae in munere Conſiliarii intimi Darmſtadini & Procancellarii. Tituli ſcriptorum eius editorum indicantur in doctrina iuris naturae, iuridice conſiderata 1724. in 8. celeb. Stollius in den Anmerckungen über Heumanni conſpectum reſp. Litter. p. 446. dicit, Ludouicum potuiſſe res paucis & perſpicue proponere. Inter ſcripta eius prae aliis commendanda eſſe putat eius uſum practicum diſtinctionum iuridicarum, ſeine Einleitung zum Ciuil- und peinlichen, zum Concurs-Lehns-Wechſel-Conſiſtorial- und Kriegs-Proceſſ. Idem edidit delineationem hiſtoriae iuris diuini naturalis & poſitiui uniuerſalis, de qua uid. cel. Stollens Nachr. von ſeiner Bibliothec p. 351. part. 4.

ment, quorum uterque Chriſti. THOMASII *(a)* fuerit diſcipulus.

(150.) Friſchmuth *(Marcus Hilarius)* eſt *Martin. Henr.* FVHRMANN, de quo uid. ſupra ſub uoc. Franckenberg. In falſo hoc nomine litteras ueri ſui nominis initiales M. H. F. ſeruauit uid. die Samml. von theol. Sachen 1729. p. 1045. Edidit autem die an der Kirchen Gottes gebauete Satans-Capelle; darinn dem Iehoua Zebaoth zu Leid und Verdruß und Baalzebub zur Freud und Genuß 1.) die Operiſten und Comoedianten ihren Zuſchauern eine Theologiam gentilium aus den Griechiſch- und lateiniſchen Fabel Mäzen und eine Moral aus des verlohrnen Sohns Catechiſmo vorbringen und 2.) die menſchliche welſche Wallachen (i e. die Italiäniſchen Sänger, Männlichen Geſchlechts, welche meiſtens caſtrirt ſind) und Amadis-Syrenen aus dem hohen Liede Ouidii de arte amandi liebliche Venus-Lieder dabey ſingen und 3.) die Iubaliſten mit Geigen und Pfeif-

(a) Ad huius principia compoſitum eſſe putat celeb. Reimannus l. c. hoc compendiolum theologicum, paradoxicum omnino & analogiae fidei noſtrae oppido aduerſum, in quo multa petulanter, multa aſpere, multa fallaciter & ea ratione dicta, ut iis adiungi fides nulla poſſit. Vnde & a Gottlieb Wernsdorffio in Comment. *de Indifferentiſmo religionum* p. 82. & 92. ſeq. & ab anonymo, (pſeudonymo potius), qui ſub nomine Chriſt. *Wahrlieb* V. D. M. latere uoluit, ei dicta ſcripta & ab hoc poſteriore capite 3. pag. 108. *Deiſmi* poſtulatus eſt. Hic Wahrliebius eſt M. Gottfr. Balth. Scharff uid. (magnif Loeſcheri) theol. annales 1702. p. 78. n. 101. tit. autem libri Wahrliebii eſt: Unterſuchung des Indifferentiſmi Erici Friedliebs Leipzig 1702. in 4.

Pfeiffen, nach des alten Adams Luſt und Wuſt dazu klingen und 4.) Sylueſter mit ſeiner Herodias Schweſter und Arlequin in einem Wald-Diſcours über des Auctoris 2. letzte Tractaetlein wider die Operiſten und Herrn D. Meyern, betrachtet von Caſper, Baltzer, Melcher und allen chriſtlichen Seelen zur Anſchau und Abſcheu vorgeſtellet von Marco Hilario Friſchmuth, gedruckt zu Cöln am Rhein (uerius zu Berlin 1729. pl. 6.)

G.

(151.) Galeota *(Antonius)* ſub ficto hoc nomine *Ioh. Baptiſta* BALBI Lucam Antonium *Portium* contra Vitalem *Iordanum* edita diſſertatione *de momento grauium in planis* 1711. in 12. tuendum ſuſcepit, *Neapoli.* uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1712. pag. 430.

(152.) Gallonius (*Anton.*) ſub hoc nomine *Caeſar* BARONIVS, *Cardinalis* 1604. Romae edidit *Apologiam contra Conſtantinum Caietanum.* uid. Synopſin Tom. 5. de Actis Sanctorum Iulii, collectis a Sollerio, Pinio, Cupero, Boſchio & exinde die Samml. von theol. Sach. 1728. p. 130.

(153.) Garguthenii (*Sigvvarti) Martinianae philoſophiae ad Theol. accommodatio,* (a) uel Warnung

(a) Cum hoc ſcripto conferenda eſt Wenceslai Schillingii Schule in 8. 2.) Iac. Martinii kurtze Beantwortung in 8. 3.) Wenceslai Schillingii Grundbüchlein in 8. 4.) Schillingii Ehrenrettung, quae Schediaſmata omnia & rariora uocat celeb. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 735. & neceſſaria ad Hiſtoriam belli metaphyſici cognoſcendam, quod Magdeburgenſes inter & Wittenbergenſes A. C. 1616, 17.

nung an die Lutheriſche Jugend in 8. ſine loc. & temp. Auctor eſt *Wenceslaus* SCHILLING uid. Iac. Martini Vernunfft Spiegel lib. 2. cap. 34. p. 1055. qui dicit, uaria adhuc ſcripta ſub iſto nomine ab hoc auctore prodiiſſe.

(154.) Geierbrand (*a*) *Harenei* Tract. *de maieſtate Macrocoſmi* (*b*) Ien. 1713. in 12. Auctor uerus,

& 18. ita geſtum eſt, ut illi Philoſophiae laudibus detraxiſſe, hi tribuiſſe nimium, utrique ſtudio partium & uitilitigiis & ſcommatis & aculeatis dictis liberius, quam par eſt, indulſiſſe uideantur.

(*a*) Idem Auctor ſub nomine ficto Geierbrandi edidit Gedancken von mehr als einer bewohnten Welt, Jena 1718. in 12. In hoc opuſculo auctor, ut ipſe ſcribit in apologia p. 23. tria ſibi ſumit pertractanda 1.) Solis quietem & centralitatem in orbe noſtro. 2.) pluralitatem mundorum 3.) rationes utriusque hypotheſeos. Atque hoc caput tertium in primis uult eſſe ſuum, quod plane non aliunde acceperit, ſed inſtar araneae de ſemetipſo eduxerit. Aſt celeb. Reimannus *in catalogo bibl. theol.* p. 767. indicat, ſi quis haec meletemata compoſuerit cum Fontanellii Geſpräch von mehr als einer Welt, Hugenio, Zimmermanno, Heuelio &c. facile deprehendere poſſe, nihil in iis dici, quod non dictum ſit prius. Animaduertet praeterea ad canonem uulgatum: a poſſe ad eſſe non ualet conſequentia p. 37. frigide reſponderi, poſſibilitatem ſubinde confundi cum ueritate, petitiones principii frequenter committi, & argumenta illuſtrantia afferri loco probantium, nec nullas omnino occurrere uacillationes, contradictiones, ἀσυλλογισίας & praeiudicia quaedam peruulgata, ſexcenties ab aliis confutata, & ad purgamenta Parnaſſi reiecta, ut pag. 55.

(*b*) Vidi etiam allegatum *Geierbrandi* librum a celeb. Reimanno in *catal. Bibl. theol.* p. 767. ubi ita de hoc ſcripto iudicat: *Philoſophi ſi uel maxime uera ſciant omnia qualitatum huius terrae principia, inde tamen minime con-*

uerus, per anagramma eruendus, eſt *Andreas* EHRENBERGIVS, uel EHRENBERGERVS, *Paſtor quondam Macro-Eutersforfienſis & Adiunctus dioeceſeos Orlamundanae*, Parens celeb. Ehrenbergeri, Prof. Mathem. Coburg. de uita & ſcriptis patris & filii agit cel. Stollius in den Noten zu Heumanni conſpectu reip. litter. p. 616. attamen pſeudonymorum patris ſcriptorum non meminit.

(155.) Gelazius *(Maior)* eſt *Iſaac* LE MAIRE uid. catal. Biblioth. Schalbruchianae p. 85.

(156.) GenealogIophILus cuius exſtant die vornehmſten jetzt lebenden Häupter Franckreichs Zürch 1721. in 8. Eiusd. Erſte und andere Fortſetzung ibid. 1723. 1726. Auctor eſt *Ioh. Iac.* LEV uid. *Catal. Bibl. Menckenianae* p. 464.

(157.) Chriſto-Gennetae ſub nomine GOTTSCHLINGIVS plagulam 1733. edidit ſub tit. Unterſuchung, ob ein Prediger, und inſonderheit ein Inſpector in der Lutheriſchen Kirchen bey der allgemeinen abſolution auf der Cantzel die Worte:

(F) Krafft

---

cludunt ſecure, quod eadem reliquis etiam inſint planetis. Id quod facit huius ſchediaſmatis auctor. ſub tit: *Pictura mundi* 1711. ſin. loc. in 12. num ab hoc diuerſus ſit, non ſatis certus ſum. Oſtendit autem hoc in ſchediaſmate & inhabitari planetas & ſtare ſolem, neque ulla ratione ſententiae iſti codicem ſacrum contrariari uid. Acta philoſ. uol. I. p. 903. ſeq. Geierbrandi Vorſtellung des Weltgebäudes, wie es aus vielen Sonnen und bewohnten Welt-Cörpern beſtehet, recenſetur in dem neuen Bücher-Saal uol. 2. p. 437. & ſine dubio idem eſt illud ſcriptum, ſupra indicatum.

Krafft meines Amtes als ein Berufener und Verordneter Diener des Worts: weglaſſen könne, oder nicht?

(158) Gery, ſub hoc nomine prodiit: *Apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Dovay ſur la Grace* 1688. Sed uerus auctor eſſe dicitur *Paſch.* QVESNELL, & hic liber, qui ueteres controuerſias Vniuerſitatum Louanii & Dovay recoquit, Romae 1697. condemnatus eſt. uid. die Unſch. Nachr. 1712. p. 187.

(159.) Giblet *(Henrico) Cavalier Storia de Re Luſignani in Bologna* 1647. in 4. Auctor uerus eſt *GioFranceſco* LOREDANO, (*a*) *Senatore Veneto (b)* uid. Haym *notizia di libri rari* p. 57.

(160.) De Gimont (*c*) (*Paul*) ſub hoc nomine *Jean* BOVCHER, *Theologal de Tournay*, edidit *Avis contre L' Appel interjetté par Emond* RICHER *de la Cenſure de ſon Livre* in 8. 1612. & hoc ſcriptum impreſſum cum defenſione, quam *Richerius* de ſuo libro publicauit. uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 2457.

(161.) Gio-

(*a*) Qui etiam latet ſub nominibus Gneo *Donalero* & ſub nomine Incerto, de quibus uid. Placcius in *Pſeudonym.*

(*b*) Prodierunt etiam *delle Lettere del Signor Gio Franceſco Loredano*, *Nobile Veneto*, *Diviſe in cinquantadue Capi e Raccolte da Henrico Giblet Cavalier parte prima in Venetia* 1687. in 12. *Decima impreſſione. Parte ſeconda* ibidem (quas ipſe poſſideo). Si igitur *Loredano* ſub nomine *Giblet* lateret, ſequeretur, ut ipſe harum epiſtolarum ſuarum ſub ficto nomine ſit editor.

(*c*) Qui ſe uocat *Sieur d' Eſclavolles.* Placcius quidem num. 1198. ex Bailleto nudum huius pſeudonymi nomen, ſed eius librum non allegat.

(161.) Giovanni (*Ludou. Petri*) *Germania princeps, complectens S. Rom. Imp. Electores. Halae* 1711. lib. 6. in 8. Auctor uerus eſt *Ioh. Pet.* de LVDEWIG. uid. *catal. Biblioth. Haſeanae* p. 450. add. cel. Reimanni *hiſtor. litterariam Germ. nouam* part. 3. drittes Hauptſtück p. 504.

(162.) Girardel (*François*) *Prêtre*, ſub hoc nomine IAQVES *de ſaint Dominique*, monachus ex ordine Praedicantium, qui mortuus eſt 1704. edidit *Vie de Pierre Girardel, de l'Ordre des Freres Prêcheurs; avec la vie de la ſoeur Anne de ſainte Marie, Religieuſe de ſaint Dominique* in 12. (apud *Langres* 1682. uid. Le Long l. c. n. 5975.

(163.) Glinſpornius (*Chriſtianus Frider.*) eſt *Bartholdus* NIEMEIER, qui edidit kurtze und deutliche Betrachtung von der Theologia naturali.

(164) Goldioni (*Leonico*) *coſe miragolioſe di Venetia &c. Venet.* 1603. Auctor uerus eſt *Nicolai* DOGLIONI uid. Haym *notizia di Libri rari.* pag. 50.

(165.) Gonaeus (*Philoxenus*) eſt *Caſp.* BARTHIVS (*a*) qui ſub ficto iſto nomine edidit *carmen quoddam, lingua priſca latina ſcriptum*, quod Henr. Iul. Scheurlius adiecit *ſtatuae ſuae Mercuriali* uid. Morhofii *polyhiſt.* lib. 4. c. 9. §. 5.

(166.) Gottſchalck (*Gottl.*) *Agapethae* geiſtliche Höllen und Himmelfarth Ratisb. 1665. in 8. uerus auctor eſt *Ioh. Henr.* VRSINVS uid. *Catalog. Biblioth. Arnoldianae* part. 2. p. 169.

(*a*) Qui etiam latet ſub nomine Euſtathii *Schöbartzii*, Iac. *Heilbrunneri*, Tarraei *Hebii* & *Hildeberti*, de quibus uide Placcium *in Pſeudon.*

(167.) Grander an der Ober Elbe. Sub hoc nomine MVLDNERVS, *Secretarius Dresdenſis*, uaria poemata, plerumque talia, quae a Gallis *burleſques* uocantur, edidit in quibusdam plagulis ſub tit: Poetiſche Kleinigkeiten. uid. den Hollſteiniſchen Correſpondenten 1729. n. 75.

(168.) Graphiophilus (*Parthenius*) eſt *Hieronymus* RAGVLA, uid. Fabricii *Biblioth. graec.* Tom. 14. p. 278.

(169.) Gratiani (*Chriſtophori*) Zeugniß der Wahrheit, oder Verantwortungen wieder die Klagen (*a*) und Läſterungen, Baſel 1732. in 8. pl. 5. Auctor

(*a*) Quarum 7. adducit & reſponſiones ad illas addit 1.) Controuerſias religionis & inobedientiam liberorum erga parentes per illum ortam eſſe. Reſp. Diſſidia in oeconomiis oriri ex prauis cupiditatibus & nullam rempublicam ab iis eſſe liberam, ſed publice & priuatim liberos ad obedientiam ſe admonuiſſe. In religione non eſſe diſſidium in doctrina & ſententiis, ſed in uita. Plurimos plebis calumniari ſolere paſtores, de quo etiam Lutherus queratur, eccleſiam ſuam pauciſſimis alienigenis exceptis, qui eum non ſatis nouiſſent, contentam fuiſſe ſua perſona; ſi quem ad poenitentiam permouiſſet, quosdam dixiſſe, homines ab illo ad deſperationem adigi, p. 15. indicat, quosdam fuiſſe, qui eum combuſtum uoluiſſent. 2.) Eum duras locutiones uſurpare, nimirum ſuos eſſe electos, alios damnatos. Reſp. Hanc exceptionem neminem proferre, niſi qui peccatis inhaerere uelit, einsmodi locutionibus propter impietatem hominum opus eſſe. 3.) Ipſum tantum minas acerbiores ſine ſolatio in concionibus adhibere Reſp. Se ſemper libentius lenitatem, quam acerbam cenſuram elegiſſe, ſi ſtatus immorigerorum aliud non requiſiuiſſet. 4.) Aegrotis & morituris ipſum non impertire ſolatium, ſed magis eos adhuc affligere. Reſp. Se ad ſtatum hominum accommodare, malis durum, docilibus lenem eſſe. 5.) Multos ex numeroſa eius eccleſia ſacra coena non uſos eſſe. Reſp. hoc

Auctor eſt Sam. LVCIVS, Paſtor in Heluetia, qui in Sueuia & Heluetia multorum oculos in ſe conuertit. uid. die Samml. von theol. Sach. 1734. pag. 479.

(170.) Gratianus eſt Hanneckenius, qui edidit diſſ. *de iure aggratiandi.*

(171.) Gratianus *(Liberius)* uerum auctoris nomen eſt IANINGIVS, qui edidit diſſertationes contra Anton. *Arnaldum*, Ianſeniſtam uid. Eleutherii i. e. Liuini de Meyer, epiſtolam ad Norbertum *d' Elbeque* p. 90, 91, 92.

(172.) Gratianus *(Carol. Benignus)* eſt M. *Carol. Beniamin* GVTTNER, *Vratislauia-Sileſius*, qui 1734. Ienae mortuus eſt, edidit autem ille: *Nodum, in ſcirpo quaeſitum, at non inuentum*, i. e. Innocentiam Theologi ſummi, Ioh. Franc. Buddei *(a)* S. S. Th. D. & eiusdem in alma Salana

 Prof.

factum eſſe ſine culpa ſua, quia homines maluiſſent ſe abſtinere a ſacra coena, quam illa digne frui. 6.) Illum nouitates introducere. Reſp. hoc eſſe falſum 7.) ipſum Pietiſtarum dogmata propagare & illos ubique ſequi. Reſp. Illos ſe fugere, qui propter lucrum & ex hypocriſi pietatem ſectari uiderentur, illis autem adhaerere, qui reuera coram deo ſe humiliarent & peccata euitarent, ſed quia etiam inter hos eſſent, qui confirmatione indigerent, ideo illos quaeri debere.

(a) b. Buddeus in collegio quodam polemico omnes Aphoriſmos Antipietiſticos in b. Neumanni theologia aphoriſtica perſtrinxerat, & partim ex falſis accuſationibus, partim ex erroribus conſiſtere affirmauerat, quo facto Pietiſmo fauere illum iudicant auctores der Samml. von theol. Sachen 1723. p. 384.

Prof. P. O. in diſſertatione Wittebergenſi *(a)* 1722. d. 20. Nou. ſub praeſ. cel. D. Ioh. Guil. Iani in memoriam ſecularem controuerſiae Magdeburgenſis de Theologia hominis irregeniti habita, ſect. dogmatica §. XIV. inique laceſſitam, ſed ſolide uindicatam a ueritatis ſtudioſo, Ienae 1723. in 4. pl. 7. De auctore uid. das blühende Jena 1734. *(b)* Alludit nomine *Gratiani* ad uoc. Güte, *gratia.*

Gräuſ

(*a*) Quae recenſetur in der Sammlung von theol. Sachen 1722. pag. 913. in hac obiectiones b. Buddei contra Theſin: Theologia etiam irregenitis quibusdam concedenda eſt, quam ante 100. annos M. Andr. Cramerus iam impugnauerat, ſed tota eccleſia euangelica, Facultas theologica Wittebergenſis & Helmſtadienſis & totum miniſterium eccleſiaſticum Magdeburgenſe ex inſtituto defenderant, diluit, b. Buddeum autem non nominauit, putans, illum has obiectiones aut pro ſuis non agniturum, aut mentem ſuam melius explicaturum fore. Sed Gratianus omnes has obiectiones uere Buddeanas eſſe affirmat & plures adhuc contra alios Aphoriſmos Antipietiſticos publicat, addens, ſe ipſum collegio Buddeano interfuiſſe & eius mentem probe percepiſſe. Auctores der Sammlung l. c. pag. 386. mirantur b. Buddeum tantopere in partium ſtudio peccaſſe, & uaria in his obiectionibus notant.

(*b*) Contra huius Gratiani nodum prodiit Henr. Praetorii, Olſn. Sileſii, ſolutio nodi Gratiani, ſiue conſiderationes de habitu theologiae non renati in cuiusdam Gratiani nodum, in ſcirpo quaeſitum, quo innocentiam D. Ioh. Franc. Buddei, Theologi Ienenſis, aduerſus Ioh. Guil. Ianum, Theolog. Wittebergenſem tueri uoluit. Witteb. 1723. in 4. pl. 5. Hic eſt gentilis Gratiani & commilito, qui eidem Collegio Buddeano polemico interfuit, ſed in eius ſententiam non iuit. Vindicat igitur dicta biblica, in Neumanni theologia aphoriſtica ad probandam ueram theologiam irregeniti adducta, contra obiectiones Gratiani §. 7. explicat uaria requiſita Theologi & Chriſtiani §. 8-10.

, Gräuf (Jeſaias) von Neuſtadt aus Altenburg. uid Bibliothecam meam anonym. ſub tit: *Altenburgi* n. 1852. *Altitudo* inter anon. german. not. b.

(F) 4 (173.)

uindicat diſtinctionem inter ſecundum quid & ſimpliciter irregenitos & ex ratione atque Script. *Sac.* probat; illuminationem intellectus ſine conuerſione uoluntatis eſſe poſſe §. 11-20. it. Sp. S. gratia ſua irregenito theologo, qui ſe & alios ex Scr. S. erudire ſtudet, ſed uoluntatem ſuam non emendat, aſſiſtere & per eius miniſterium aliquid boni apud alios efficere poſſe. Plura uid. in der Sammlung von theol. Sachen 1723. pag. 389. cuius auctores iudicant, Praetorium praeceptorem ſuum tam ſolide, quam modeſte refutare.

Prodiit etiam fundamentalis deductio quaeſtionis hodie controuerſae, num Sp. S. Theologiam, quae in irregenito, ſiue impio datur, in eo operetur? Carolo Benigno Gratiano, Buddei Promacho, oppoſita, atque ſic concinnata, ut ſtatus controuerſiae rite formetur, uera ſcientia ex ſacris litteris inuicte probetur, obiectiones ſolide refellantur & denique utriusque partis intereſſe perſpicue commonſtretur auctore Guſtauo Liſſeo. 1723. ſin. loc. in 4. pl. 5. auctor idem eſt, qui contra b. Buddeum ſcripſit: Vindicias Theologorum Pomeranorum, quae recenſentur in der Samml. von theol. Sachen 1722. p. 1109. & huius auctores 1723. p. 391. iudicant, hoc ſcriptum Liſſei omnino nomine ſolidae deductionis dignum eſſe. Conſtat hoc ſcriptum ex 4. ſectionibus. In ſect. 1. formatur ſtatus controuerſiae: An nimirum Theologia irregeniti ſit uera, ſpiritualis, aut tantum litteralis, naturalis & philoſophia in rebus diuinis, uel θεόςδοτος? an Theologus irregenitus ſecundum Script. Sacr. illuminari poſſit &c. ubi oſtenditur, ſi de notitia irregeniti ſpirituali ſermo eſſet, ſemper illam ſubiectiue, non obiectiue accipi debere. In Sect. 2. per 57. ſolida argumenta demonſtratur, notitiam irregeniti ſpiritualem eſſe & ex dictis Script. Sacr. a Geneſi usque ad Apocalypſin hoc probat auctor & quaedam loca Script. Sacr. contra Buddeum & Gratianum uindicat. In ſect. 3. ad horum amborum obiectiones uerboſe & ſolide reſpondetur. In ſect. 4. intereſſe utriusque partis proponitur.

iudicia von den Pietiſten. Wedel 1690. in 8. auctor eſt M. A. uid. THOMASIVS in monatl. Geſpr. 1689. pag. 1133. & 1139.

(175.) Hap (*Gaſpar*) ſub hoc nomine *Louis* ROGIERI, (a) *Ieſuita Italus*, qui mortuus eſt in Polonia, edidiſſe dicitur *Apologeticum, ſeu Defenſionem Cardinalis Bellarmini, de Translatione Imperii Romani ad Germanos, aduerſus Matthaeum Dreſſerum, auctore Gaſparo Hap, Poſnanienſi, Theologiae Baccalaureo* in 8. *Moguntiae* 1601. uid. Alegambe *in Bibliotheca Ieſuitica.* Le Long l. c. a num. 11935. ſequentibus, multa ſcripta, de hoc argumento agentia, habet, cum ſcripto adducto conferenda.

(176.) Harmer (*Ant.*) hoc nomen aſſumſit WHARTON & quaedam ad *Burneti Hiſt. Reformationis* ſcripſit uid. Hect. Godofr. Maſii diſſ. *de contemtu concilii Dordraceni in Anglia* ſect. 2. ſpeciali §. 4. uid. etiam Placc. in Pſeudon. ſub uoce *Burneti.*

(177.) Hauteville, ſub hoc nomine *Ioh. Theodor.* SPRENGER edidit diſſertationem *de regimine*, ut uidetur, *Poloniae* 1687. uid. *Mercurium hiſtoricum & politicum* menſ. Iunio 1697. art. 3. §. 9. p. 631. & add. Chriſti. Gryphium *in commentat. de ſcriptorib. hiſtoric.* Sec. XVII. p. 515. qui ſcripta uaria ſimilis argumenti adducit. Idem Sprengerus antea ediderat *Poloniam nouantiquam* 1660. in 12. addito nomine ſuo.

(a) Idem ſub nomine *Poſnanienſium Rhetorum* uaria ſcripta edidit, de quibus uid. Placc. n. 2208. in pſeudon.

(178.) Heluidius (Stanislaus) ſub hoc nomine *Ioachimus* CAMERARIVS, Pater, *(a)* edidiſſe dicitur (uid. Scaeuolae Sammarthani elogia Gallorum p. 154.) *Réponſe* ad epiſtolam ornatiſſimi uiri *(b)* ad Stanislaum *Heluidium* Kalendis Octobris 1572. publicatam, quae reſponſio prodiit die 13. Avril 1573. Reperitur haec reſponſio Tom. 1. *des Memoires du Regne de Charles* IX. p. 636. *Camerarius* & *Burin* *(c)* duo ICti maiori adhuc uehementia & animi impetu ſcripſerunt, quam ICtus *Hugo* DONELLVS *(d)* (uel *Doneau)* ſub nomine ficto *Furneſteri* ſcribens defenſionem Ioannis Montluccii.

(179.) Hennies (*Conr.*) *(e)* qui edidit *Lapidem Lydium verae & falſae eccleſiae* in 4. nomine uero

---

(*a*) Qui mortuus eſt 1574.

(*b*) De qua epiſtola uid. in Bibliotheca mea anonymorum ſub uoce *epiſtola* n. 1486.

(*c*) De cuius reſponſione ad epiſtolam ornatiſſimi uiri ad Stanislaum Heluidium uid. in Bibliotheca mea anonymor. ſub uoce *epiſtola* num. 1486.

(*d*) De cuius ſcripto uid. annotata mea ad num. 1132. ad Placc. inter pſeudon. uid. etiam Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 7836. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, allegat.

(*e*) Huic Gerhardus *Titius* oppoſuit Prüfung Hildesheimienſis pontificii Lapidis Lydii, Helmſtad. 1653. in 4. & quia Sonnemannus praetenderat, *Titium* in examine ſuo multos inſignes commiſiſſe errores, Titius edebat eius kurtze Heimſendung, Helmſtädt 1654. in 4. *Titius* in examine negat 1.) Eccleſiam Lutheranam in multis fidei articulis diſcrepare ab eccleſia primitiua & Chriſtiana 2.) negat, illam multis adſtipulari haereſibus antiquis.

uero eſt M. *Otto* SONNEMANN uid. Ioh. Fabricii, abbatis, *Hiſtoriam biblioth. ſuae part. 4.* pag. 293.

(180.) Henry (*Petri*) *Auctuarium hiſtoricum de Magdalena Maſſilienſi Aduena, ſiue decretum Senatus Aquenſis & Vniuerſitatis cenſura in libellum Iohannis Launoii*, cui titulus: *Diſquiſitio diſquiſitionis de Magdalena* (*a*) &c. cum ſcholiis aduerſus eundem Launoium: opera *Petri* HENRY in 4. *Lugduni* 1644. ſub hoc nomine latet Pere *Ioh. Baptiſt.* GVESNAY, (*b*) *Ieſuita*, & maiori ex uehementia ſcribit contra illum, quem aggreditur, quam cognitione. Vtinam (in haec uerba erumpit Pitton p. 66. *de ſes ſentimens ſur les Hiſtoriens de Provence*) hic pater nunquam ſcripſiſſet de ſancta Magdalena, neque de ſanctis, qui cum illa in prouinciam uenerunt: nec addidiſſet ille tot fabulas; quas ignari ſcribae de hac ſancta excogitarunt. Secunda editio huius auctuarii reperitur ſub finem annalium latinorum *de la Provence de Marſeille par le Pere Geſnay* in fol. *Lugduni* 1657. editorum, uid. le Long loc. cit. num. 1004. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(181.) *Chevalier* d'Her *** ſub hoc nomine Mr. FONTENELLE quasdam epiſtolas edidit,

---

(*a*) Quae prodiit Pariſiis in 8. 1643. apud Martin.

(*b*) Qui mortuus eſt 1688. & etiam latet ſub nomine *Beaume* uid. Placc. n. 351. in *pſeudon.*

dit, (*a*) & has germanicam in linguam tranſtulit Wolf Balthaſar Adolph *Steinvvehr*, Lipſ. in 8. 1737. pl. 17. epiſtolae hae ingenioſo, uegeto, gratiſſimoque ſtilo conceptae ſunt. In praefat. auctor agit de controuerſia, an Mr. *Fontenelle* tantum editor, uel auctor harum epiſtolarum ſit, auctoremque contra illos defendit, qui ſtilum eius nimis ingenioſum & parum naturalem eſſe cenſuerunt; nitide impreſſa & cum figuris ornata eſt uerſio *Steinvvehrii.* uid. die Leipz. gel. Zeit. 1737. num. 82. p. 728.

(182.) Heraclitus (*Ierem. Chriſtianus*) ſub cuius nomine prodiit *Lutherus ante Lutheranismum*, oder die Uhrälteſte Wahrheit aus Lutheri Schrifften 1706. (*b*) in 8. ſin. nom. loci & typographi pl. 13. & edente G. P. I. H. 1717. in 8. (*c*) Con-

---

(*a*) de Fontenellio agitur *dans les particularitez de la Vie des auteurs françois devant les lettres de Monſ. Richelet* p. 100. edit. 5.

(*b*) Haec eſt ſecunda editio Hamburgi, ut quidam conjiciunt, impreſſa. Multas turbas Hafniae excitauit. Prima editio 1703. prodiiſſe uidetur. Editor nouus addidit pernicioſam appendicem de ratione, uel lumine naturali, in qua probare contendit, Lutherum credidiſſe, quod lumen naturae ſuper omnia ſit, & quod ratio ſub fidem non ſit captiuanda, item quod Chriſtus ſit tale lumen, & in omnibus hominibus, etiam in impiis; hoc autem modo b. Lutherus fauiſſet hodiernis Fanaticis & Naturaliſtis, quibus tamen ualde infenſus fuit. Sed Lutheri uerba nimis peruertuntur. uid. die Unſchuld. Nachr. 1717. p. 462. Alia editio huius tractatus prodiit 1725. ſin. loc. in 8. pl. 14.

(*c*) Hic liber iuſſu magiſtratus publice ab omnibus paſtoribus Osnabrügenſibus a ſuggeſtu refutatus eſt, & auditores admoniti ſunt, ut ſibi ab illo caueant. Paulo poſt hunc librum euulgatum *Karl* a munere ſuo eccleſiaſtico dimitte-

Conſarcinator autem huius tractatus fuit *Bernh. Peter. Karl*, Fanaticiſmi ſuſpectus uid. celeb. Hau-

batur. Sed cum in Conſiſtorio quodam (nimirum Auricae in Friſia orientali, ubi poſtea *Karl* ludimoderatorem egit) de alio libro & etiam obiter de hoc ex Karlio quaereretur, num illius eſſet auctor, faſſus eſt, ſe collectanea ex Luthero ad hunc librum congeſſiſſe, & Godofredum Arnoldum haec collectanea in ordinem redegiſſe (ideo & liber Arnoldinus uocatur a b. Ioh. Fechtio in diſſ. *de externa nominis Ieſu per genuflexionem ueneratione* p. 7.) Conf. die Unſchuld. Nachr. 1707. p. 539. ubi excerpta ex Protocollo Conſiſtorii ſuppeditantur, coram quo faſſus eſt *Karlius*, ſe collectanea ad hunc tractatum conſarcinaſſe. Arnoldum etiam D. Ioh. Frid. Mayer in dem über die Pietiſtiſchen Verführungen mit dem weinendem JEſu bitterlich weinenden Evangeliſchem Jeruſalem. p. 28. auctorem uocat. Vnde apparet, *Karlium* iam illo tempore arctum nexum cum Arnoldo habuiſſe. De aliis ſcriptis *Karlii* & eius fatis uid. die Unſchuld. Nachr. 1706. p. 627-639. Refutarunt etiam hunc *Karlii* foetum D. Bartholdus *Botſaccus* in mantiſſa ad theſes de clauibus Petri ad illuſtrandum Matth. 16, 19. cum manipulo oppoſitionum aduerſus praefationem auctoris Lutheri ante Lutheraniſmum. Hafniae 1707. in 4. Cf. etiam D. Alberti Ioachimi Krackevvitzii *Examen nouae hypotheſeos de Luthero ante Lutheraniſmum* i. e quaſi prioribus tantum *Reformationis temporibus antiquiſſimae ueritatis Euangelicae aſſertore contra Ieremiam Heraclitum Chriſtianum & Godofredum Arnoldum Roſtoch.* 1717. in 4. ubi etiam auctor p. 31. uarias utiles annotationes contra Spenerum de uariatis editionibus der Kirchen-Poſtill Lutheri profert, & ibid. pag. 67. illos recenſet, qui collectanea ex Lutheri ſcriptis publicarunt. De refutatione illa uid. die Unſchuld. Nachr. 1718. p. 350. & *Journal des Savans* 1719. menſ. Dec. p. 661.

Totum hoc ſcriptum in ignominiam b. Lutheri exaratum eſt, qui modo tanquam Fanaticus, modo tanquam Epicuraeus proponitur & eius naeuii quouis modo exaggerantur. Varia ex illo periculoſa notant die Unſchuld.

Hauſens Religions Prüfung lib. 8. cap. 6. de au-ctore huius libri uaria notatu digna habet celeb. Heumannus in *Poecile* Tom. 2. p. 395. Conf. die Samml. von theol. Sachen 1729. p. 1285.

(183.) Holgerus, *Danus*, ſub hoc nomine latet *Ludouicus* HOLBERGIVS, in cuius opuſculis latinis epiſtola ſecunda nomine *Holgeri* inſignita eſt, quam HOLBERGIVS confecit & ad *Burmannum* ſcripſit. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1737. num. 41. p. 360.

(184.) Huldericus (*a*) (*Gottfried*) eſt *Abraham* CALOVIVS, qui ſub ficto nomine ſcripſit contra Calixtos, patrem & filium. Vid. Ioh. Fabricii, abbatis, *Hiſtoriam bibl. ſuae part.* 4. p. 315.

I.

(185.) Iarckius (*Ioh.*) Sub hoc nomine *Ioh. Gottlieb* KRAVSE, *Prof. Hiſtoriarum* edidit 1.) *Specimen Hiſtoriae Academiarum eruditarum Italiae* 1725. in 8. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1730. p. 160. 2.) it. *Eliae Schedii de Diis Germanorum Syntagmata IV.*

Nachr. 1707. p. 571-575. & earum auctores optant, ut aliquis adducta Lutheri loca accurate examinaret & tractatum plenius refutaret. De inquiſitione, propter hunc tractatum inſtituta cum ſtudioſo quodam Eberhardo, ciue Petro Schvvanio, & alio Mauritio Iürgen Sanſei, qui litteris quibusdam ad Magiſtratum datis, declarauerant, hunc tractatum in genuino ſenſu tam uerum eſſe, quam Script. Sac. uid. die Sammſ. von theol. Sachen 1728. p. 548.

(*a*) Huic & Vlrico *Raitern* (ſub quo nomine etiam latet *Calouius* oppoſuit Frider. Vlr. Calixtus *Refutationem Harmoniae Calixtino-haereticae Calouianae Helmſt.* 1679. in 4. quam recenſet Fabricius. l. c.

ta IV. notis & obſeruationibus Ioh. Iarckii illuſtrata. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1729. pag. 4. und 1730. p. 395, 396.

(186.) Icander, ſub hoc nomine latet *Ioh. Chriſti.* GRELLIVS, *Notarius Publicus Caeſareus Dresdenſis*, qui edidit das faſt auf den höchſten Gipffel ſeiner Vollkommenheit prangende Dresden Leipz. in 8. 1723. 2.) Das geſamte jetztlebende geiſtliche Miniſterium im gantzen Churfürſtenthume Sachſen Leipz. 1723. in 8. 3.) Remarquable curieuſe Briefe 4.) Beſchreibung der Stadt Leipzig, Leipzig 1725. in 8. uid. catal Bibl. Menckenianae p. 413.

(187.) Ieuerus *(Ioh.) Wiburgenſis.* Auctor uerus eſſe dicitur *Seb.* EDZARDVS, *Profeſſor quondam in Gymnaſio Hamburgenſi.* Prodierunt autem ſub ficto iſto nomine. 1.) Verzeichniß allerhand pietiſtiſcher Intriguen und Unordnungen in Litthauen, vielen Städten Teutſchlandes, Hungarn und America 1729. *(a)* in 8. ſin. loc. pl. 12. 2.) Be-

(*a*) Contenta huius ſcripti indicantur uerboſe in der Samml. von theol. Sachen 1730. p. 1229-1237. Celeb. Reimann. in *catal. bibl. theol.* pag. 529. tradit, auctorem in decreto, auctoritate ſenatus Hamburgenſis publice affixo, & nouellis etiam inſerto, non tantum de Deo & moribus parum ſollicitum (ein Gott und Ehrvergeſſener Menſch) eſſe appellatum muneribusque ſuis & ornamentis exutum & ſumma 10000. Marcarum multatum; ſed & hoc ſchediasma in foro Hamburgenſi, ſpectante populo & interſonante infamiae campana (die Schand Glocke) manu carnificis combuſtum. Vates ſupplicii praeſcius ipſe ſui. Sic enim claudit hic pſeudonymus opuſculum ſuum e Pſalmo 73, v. 20. HErr du macheſt ihr Bild in der Stadt verſchmächt.

2.) Beſcheid und Unterricht für den auctorem (*a*) *des Lettres hiſtoriques* 1722. in 4. pl. 1. 3.) *Confutatio Inuectiuae, quam Petrus Zornius (b) Bibliothecae ſuae antiquariae inſeruit* 1724. in 4. pl. 1. & alia ſcripta etiam contra b. Ioh. Reinh. Ruſium. uid. huius digreſſionem apologet. p. 22.

(188.) IoIachiM ſub hoc nomine M. *Ioh. Ioach.* MOELLER, *Archi Diaconus Croſſenſis* edidit *Biblia in Hiſtoriis* uid. Wilh. Ern. Tenzelii Sächſ. Medaillen Cabinet, ſiue *de numiſmatibus lineae Erneſtinae* Part. 3. p. 624.

(189.) Mr. Indes, *Theologus Salamancenſis*, ſub hoc nomine latet Mr. NOLIN, uir licet non Clericus, in linguis tamen exercitatiſſimus, qui controuerſiam habuit cum *Soucieto*. uid. tit: *Recueil des diſſertations critiques* inter anon. gallicos. Alii tamen *Richardum* SIMONIVM auctorem eſſe cenſuerunt. uid. in appendice eadem ſub tit. *Lettre d' un Theologien de Salamanque.*

(190.) Irenaeus, qui edidit *Eroticon de Pomo Eridos Cimbrorum* h. e. *de actuali ſalute & uita aeterna*, *uiatorum ſuffragio*, eſt *Chriſtian Samuel* TEVBER. uid. Seuerini Lintrupii *praefationem ad Hectoris Godofredi Maſii diſſertationes academicas.*

(191.) *α*)

(*a*) Auctor *des Lettres hiſtoriques* uarios miniſtros Lutheranos & praeſertim D. Sal. Ern. *Cyprianum* aggreſſus erat propter eius ad D. Pfaffium epiſtolam, quae hic breuiter uindicatur.

(*b*) Auctor *Zornio* uarios errores exegeticos& philologicos obiicit, praeſertim quod ſcripſerit, Chriſtumcorporis exuuias induiſſe, cum tamen exuuiae ſint, quae exuantur, non quae induantur. uid. plura in der Samml. von theol. Sachen 1725. p. 1023. conf. 1724. p. 591. ubi Zornii praefatio recenſetur, contra quam hoc ſcriptum directum eſt.

(191.) α) Irenalethius *(Phil.)* ſub hoc nomine *Ioh.* DOVGTAEVS, anglice *Doughty*, *Anglo-Britannus*, *Theol. D. Canonicus Windſorienſis*, qui mortuus eſt 1701. anno aetat. 65. edidit *Velitationes polemicas*. uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam bibliothecae ſuae part. 6.* p. 157.

(191.) β) Irenici *Chriſtianum Iudicium ſuper molimine quorundam in Würtenbergia, praeſertim Theologorum irenico pro Reformatis* 1722. in 4. pl. 6. Auctor dicitur *Chriſti. Eberhardus* WEISMANNVS. uid. den catalogum der Vnions Schrifften p. 23.

(192.) Irenicus (*Chriſtianus*) Sub hoc nomine SCHOENIVS, *Lic. Iur. Lipſ.* ſcripſit contra cel. Neumeiſteri kurtzen Beweiß & eius Calviniſche Argliſtigkeit tractatum, cui tit: Unpartheyiſche Gedancken von der Vereinigung der Proteſtantiſchen Kirchen (a) Franckf. und Leipz. 1722.

(G) in 4.

(a) Auctores der Sammlung von theol. Sachen 1733. pag. 60. dicunt, hoc ſcriptum prorſus ſecundum principia Pfaffii eſſe compoſitum, adeo ut auctor uel diſcipulus, uel familiaris eius eſſe uideatur. Indifferentiſmum in hoc ſcripto latere & auctorem ſtatuere, inter nos & Reformatos unionem in fundamentalibus iam adeſſe. Principia Lutheranorum mutari debere pag. 75. 76. Infantes & adultos aliter informandos eſſe. Abſolutionem tantum pro declaratoria habet p. 123. Vbique ſe Elenchi inimicum praebet & p. 95. Miniſterii Hamburgenſis vorläuffige Erklärung refutare conatur. Laudem, quam cel. Loeſchero tribuit, huic dolores excitauit, ab homine nimirum tali profecta, qui amorem erga eccleſiam Lutheranam praeiudicium eccleſiae & ſectae, & cordatos Confeſſores, imprudentes haeretifices uocaret.

in 4. 1. Alph. pl. 2. uid. celeb. Goettens jetztleb. gel. Europa part. 1. p. 103. und dem Catalogum der Vnions Schrifften p. 17.

(193.) Irenici *Hiſtoria concordiae fundamentalis,* (*a*) *quae in eccleſiis euangelicis obtinet* (*b*) *Tubingae* 1724. in 4. pl. 12. Auctor eſt *Ioh. Chriſti.* KLEMMIVS, *Prof. Tubingenſ.* uid. (Loeſcheri) theol. annales 1724. p. 231.

(194.) Irenophili Antwort. *Reſponſum* (*c*) *ad D. Sam. Strimeſii quaeſtiones, Concordiam Euangelicorum & Reformatorum ſpectantes* 1705. in 4. Auctor

(*a*) Quia hoc ſcriptum non multos emtores reperiebat, auctor illud poſtea 1728. edidit ſub tit: *Opuſculorum, in quibus conſenſus Proteſtantium in fundamento oſtenditur.*

(*b*) Auctor putat diſſenſum inter nos & reformatos tantum adhuc in terminis ſcholaſticis conſiſtere, reuera nos & illos in fundamento conſentire, quod recte negatur in den theol. annalib. l. c. add. die auserleſ. theol. Bibliothec (Coleri) part. 10. n. 2. In praefatione unionem cum reformatis maxime neceſſariam uocat, & ſpargit, theologos Saxonicos potiſſimum impedire hanc unionem. Duraei conata uocat piiſſimum inſtitutum p. 27. contra omnem ueritatem ſcribit: nuper ipſammet etiam electoralem Saxoniam &c. Concordiae rationem, Ratisbonae inter ſtatus Euangelicos initam, dictaſſe & confirmaſſe. Aulam Haſſo-Darmſtadinam Vnioni fauere p. 45. Würtenbergenſem per theologos ſuos illam prouehere. Brandenburgo-Baruthinam aulam, & Bada-Durlacenſem idem facere. Caluiniſtarum Theologos prae aliis inuidendis modis laudat. Plura in auctore reprehendunt auctores der Sammlung von theol. Sachen 1726. p. 595-597.

(*c*) Continet duas quaeſtiones, quarum altera eſt, in quonam pondus ueritatum errorumue conſiſtat & quis ſit character, quo momentoſae doctrinae a non momentoſis diſtinguendae.

Auctor uerus eſt *Caſp.* CALVOER. uid. Ioh. Fabricii, abbat. Helmſtad. *Hiſtoria bibliothecae ſuae part. 5* p. 446. coll. Part. 2. apud eundem p. 422. ubi uberius de illo agit.

(195.) Irenophilus (*Chriſtianus*) Auctor uerus eſt D. ODELEM, *Brunſuicenſis*, qui edidit Unpartheniſche Gedancken über die ſo genannte unterthänigſte Addreſſe 1722. in 4. uid. den catalogum der Vnions Schrifften p. 4.

(196.) Irenopolita uero nomine eſſe dicitur *Ionas* SCHLICHTINGIVS, *Socinianus*, qui ſub ficto hoc nomine edidit 1.) *Notas & animaduerſiones ad D. Vechneri concionem ſuper* 1. Ioh. 5. v. 1-15. *an Meſſias a Chaldeis interpretibus uocetur* מימרא דיוי 2.) *Diſceptationem de uerbo Dei* 3.) *Bilibram ueritatis contra Ioh. Stephani Rittangelii libram ueritatis*, uid. Biblioth. meam Anonym. ſub tit. *Bilibra ueritatis*. n. 1353. Alii tamen *Guil. Henr.* VORSTIVM, *Conradi filium* ſub nomine *Irenopolitae* latere dicunt uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam Bibliothecae ſuae part. 6.* p. 182.

(197.) de Saint Julien, *abbas*, ſub hoc nomine Pater *Gabriel* GERBERON edidit: *Traités hiſtoriques ſur la Grace* 1698. uid. Bibliothecam meam anonymor. ſub uoc. *Proceſſus* not. c. n. 1690. Hi autem tractatus nihil aliud ſunt, quam diſquiſitiones duae (de quibus uid. ſupra in hac Bibliotheca Pſeudonymor. ſub tit. *du Cheſne.*) nouo titulo inſtructae, uid. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1705. pag. 245.

K.

(198.) Kallenberg (*Ioh. Herm. Robert*) eſt *Ioh. Henr.* ROTHER, qui edidit den academiſchen Wegweiſer.

(199.) Kendalirii ſub nomine latet *Ioh. Gottlieb* KRAVSE.

(200.) Kergré (*Auguſtinus*) ſic ſe uocauit P. *Gabriel* GERBERON, cum exſul ex Gallia in Belgio lateret, ſed neſcio, num etiam ſub ficto hoc nomine aliquod ſcriptum ediderit. uid. Biblioth. meam anonym. uoc. *Proceſſus* num. 1690. not. (a) & *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1705. p. 242.

(201.) Kleinmanns (Ernſt Chriſtian) Replic an die Herren Conſiſtoriales und ſämtliches Reformirtes Kirchen Miniſterium zu Weſel, (*a*) Amſterd. 1712. in 8. pl. 16. Auctor (*b*) dicit, ſe eſſe doctorem medicinae & conſiliarium eccleſiaſticum, & quidam putant *Ioh. Conrad.* DIPPELIVM eſſe auctorem, cuius etiam imago huic ſcripto praemiſſa eſt.

(202.)

(*a*) Qui refutauerant ein fanatiſches Sendſchreiben noti alioquin Erneſti Chriſtoph. Hochmann von Hohenau, quam hic publicauerat poſtquam Saxonia exire iuſſus erat & ſe Veſaliam contulerat.

(*b*) Ille autem p. 31. contra omnem fidem hiſtoricam contendit, Rebelles Monaſterienſes, Müntzeri ſocios, a Proteſtantibus ad turbas incitatos eſſe. Ordinem eccleſiaſticum & libros ſymbolicos reiicit. Theologiam eſſe inuentum politicum p. 68. Lutheri & Caluini reformationem nihil ualere, praeſertim b. Lutherum calumniatur. Miniſtros eccleſiae non eſſe Chriſti miniſtros pag. 90. traducit. Chriſti iuſtitiam imputatiuam. Theticam theologiam eſſe erroneam, myſticam ueram. Plura uid. in der Samml. von theol. Sachen 1712. p. 908. ſq.

(202.) Klingſporn uel Glinſporn eſt Niemeierus uid. *biblioth. Lubecenſem* Tom. 2. p. 326.

(203.) Krato M. ſub hoc nomine *Ioh. Melch.* KRAFFT *(a)* edidit Rettung der Unſchuld pro Superintendentibus ducis Holſatiae Generalibus D. *Reinboth*, *Sandhagenio* & D. *Müblio* contra D. Ioſuam *Schvvartzium.*

L.

(204.) *Lactantius de* Lactantiis. Auctor uerus eſt *Laurentius* STROZZA, *Piſtorienſis Antiſtes*, qui obiit 1591. & edidit *hymnos latinos in cunctos feſtos dies iuxta eccleſiae Romanae uſum.* uid. *acta eruditor. Lipſ. lat.* 1710. p. 379.

(205.) Lamoni (*Puccio*) ſub hoc ficto nomine habemus: *Il Malmantile Racquiſtato*, *Poema di Parlone Zipoli* (i. e. *Lorenzo* LIPPI) *con le note di Puccio Lamoni* (i. e. *Paolo* MINVCCI) *in Firenze* 1688. in 4. uid. Haym *notizia de Libri rari* p. 123.

(206.) Sieur Lamy, ſub ficto hoc nomine *Antonius* le MAITRE, *Aduocatus Parlamenti*, edidit *la Vie de ſaint Bernard*, 6. libris conſtantem *par le Sieur* LAMY in 4. Paris apud *Vitré* 1648. in 8. Paris 1649. 1656. 1663. 1674. Tres priores libri tranſlati ſunt ex latino exemplari trium abbatum. Idem le MAITRE latet ſub nomine *le Sieur de* MENU, de quo uid. Placc. *in pſeudon.*

(*a*) Natus eſt Krafftius 1673. & poſt uaria fideliter adminiſtrata munera Paſtor primarius & Inſpector Huſumenſis factus, de eius uita & ſcriptis uid. Ioh. Fabricius in *Hiſtoria Bibl. ſuae* part. 5. p. 5. ſq.

(207.) Lapſansky *(Ioh.) Secretarii cuiusdam Hungari* ſub nomine P. *Nicolaus* KELLIVS, *Ieſuita*, edidit *extractum breuem & uerum, quo candide demonſtratur acatholicorum praedicantium e regno Hungariae praeſcriptio & degradatio.* uid. Dauidis Conſtantis, militis gregarii, Verona latini, *Fundam Dauidis contra Goliath* 1676. in 4. Attamen Dau. Czvittingerus *in ſpecimine Hungariae litteratae* p. 219. tradit, *Ioh.* LAPSANSKY perperam a nonnullis pro pſeudonymo haberi & ibidem eius uitam exponit & ſcripta recenſet.

(208.) Larebonius *(Carus)* eſt *Petr.* BAYLIVS, *(a)* qui Amſtelodami ſub ficto hoc nomine ſcripſit *Ianuam coelorum reſeratam cunctis religionibus a celebri admodum uiro, Domino Petro Jurieu, Roterodami uerbi diuini Paſtore & Theologiae Profeſſore.*

(209.) Launaeus uero nomine uocatur *Ionas de* BUY. uid. Vitringae *Commentar. in Apocalypſ.* pag. 17.

(210.)

(*a*) In quo ſcripto, ut tutius lateret BAYLIVS ſcholaſticorum ſcribendi genere uſus eſt. Quaedam de uita Baylii, qui mortuus eſt 1706. d. 28. Dec. & controuerſiis, ſcriptis ac remotione a Profeſſione, habet cel. Stollius l. c. ſcripſit Larebonius ſpeciatim contra *Syſtème de l' Egliſe de Mr. Jurieu* Amſtel. 1692. in 4. uid. Baylii *Dictionaire* uoc. *Comenius* not. M. ubi plura habet de libri huius ſcopo & contentis. Add. eiusdem Baylii *Lettres* p. 549. & celeb. Stollens neue Zuſätze und Vermehrungen zur Hiſt. der Gelahrheit p. 46. edit. 1721.

(210.) Lautervvahr *(Chriſtian)* Sonnen klarer Beweiß, *(a)* daß Chriſtian Fratelli &c. *(b)* in 4. pl. 6. 1726. Sub hoc nomine LAVTERVVAHR latere putatur celeb. NEVMEISTERVS uid. Goettens jetztlebendes gelehrt, Europa part. I. pag. 111.

(211.) Leonardus *(Fridericus)* eſt D. *Ioſephus* MEGE teſte B. Bezio in *Biblioth. Benedict. P. 1.* c. 6 non longe ab initio. De *Megio* illo uid. ibid. lib. 1. p. 56.

(212.) Leothardus *Honoratus*, *Thyrienſis* I. V. L. ſub hoc nomine Ieſuita *Theophilus* RAYNALDVS *(Raynaud)* qui mortuus eſt 1663. edidit *Herculem Commodianum*, *Iohannem Launoium repulſum*, *pro breuiario romano* &c. in 8. *Aquis Sextiis* 1646. *Leothardus* celebris erat ICtus, qui mortuus eſt 1680. auctor uidetur ſuſcipere defenſionem Maſſilienſium in controuerſia de ſancta Magdalena. Hic liber etiam inſertus eſt T. 18. operum Theophili *Raynaldi*, editorum Lugduni 1665. in fol. uid. le Long *dans ſa Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 1011. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria etiam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit. Theophilus Raynaldus etiam latet ſub nominibus Ama-

(a) Fratellus ſolide refutatur, eique eius ignorantia & malae artes ob oculos ponuntur. Adducuntur etiam multa duriora Reformatorum doctorum loca.

(b) De huius pſeudonymi ſcripto, ſiue Liebes-Schreiben von der Vereinigung der Proteſtirenden 1725. in 4. uid. die Samml. von theol. Sachen 1726. p. 126. Auctor eſſe dicitur ein Würtenberger (forſitan KLEMMIVS).

daei *Guimenii*, Theophili *Eugenii*, Heraclii *Vechii*, *Hiparchi*, Herculis *Commodiani*, Stephani *Emonerii*, *Leodigarii*, Anshelmi *Solerii*, Petri *a Valle clauſa*, Renati *a Valle*, de quibus omnibus uid. Placcium *in pſeudonymis*. cf. tamen Bayle in Diction. uoc. *Raynaud* not. N.

(213.) Lethander edidit Beytrag zum Kirchen und Schulbau in Oſt Indien 1709. in 4. pl. 4. Auctor eſt notiſſimus ille BRENDELIVS *(a)* uid. die Theolog. annales (Loeſcheri) decennium 2. pag. 732.

(214.) Liberii (*Aletophili*) Klage der cauſae moralis *(b)* und conditionis ſine qua non wieder einen (i. e. Ioh. *Hülſemannum*) *(c)* der aus beyden eins gemacht (machen will.) ſin. loc. & anno Auctor

(a) Qui ſuggillat Prof. FRANCKIVM, Orphanotrophei Halenſis & eleemoſynarum pro Miſſionariis collectarum cauſa. Nomen Chriſtianorum ſectiricum quid eſſe dicit reſpectu ethnicorum. Omnes ſcholas & Miſſionarios abrogandos eſſe, Miſſionarios ab Ethnicis adhuc diſcere debere.

(b) In hoc ſchediaſmate cauſae moralis cauſam ita agit, ut Philoſophiae Theoreticae, quam Practicae peritior fuiſſe uideatur. Siquidem ſtomachoſius eſt orationis genus, quam morum diſciplina permittit. Et dici non poteſt, quantas malorum faces hoc ſchediaſma accenderit eo tempore in academia Ienenſi, quantaque ſibi illo incommoda arceſſiuerit auctor. Sane fortunarum ſuarum curſum ita cohibuit, ut ad Profeſſionem Theologiae adſpirare nullo modo potuerit. Quod non obſcure ſignificat in diſſert. *de calumnia* pag. 1350.

(c) Qui eo tempore P. P. Wittebergenſis *Sleuogtium* ob cauſae moralis notionem ſuggillauerat p. 14. quod in doctrina de cauſa morali quaedam innouaſſet. Docet autem *Sleuogtius* ex Horneii ſententia bonis operibus minime adſcribendam eſſe cauſalitatem.

Auctor eſt *Paul* SLEVOGT, (*a*) *P. P. quondam Ienenſis.* uid. celeb. Reimanni *catal. biblioth. theolog.* p. 896. & 616. Prodiit etiam hoc ſcriptum in lingua latina.

(314) Philoparchus (*Germanus*) edidit den klugen gewiſſenhafften Beamten ſ. informatorium iuridicum officiale. Norimbergae 1705. in 4. Tom. 3 Verus auctor eſt Wunſch, qui hunc librum antea praefixo nomine ſuo uulgarat, uerum ob emtorum penuriam deinde hoc nomen fictum ſubſtituit; alii dicunt *Sweſerum*, conſiliarium quondam aulicum Onolzbacenſem, auctorem eſſe huius ſcripti.

(315.) Philopater (*Euſebius*) qui edidit *Animaduerſiones morales ac theologicas in Hiſtoriam ciuilem regni Neapolitani, pluribus duum amicorum literis publico expoſitas Neapoli* 1728. Italice 2 Tomi in 4. Auctor uerus eſt *Ioſephus* SANFELICIVS, homo mordax, e Ieſuitarum ſodalitio, nomine quidem Patricius, ſed temere ut cognouimus, in hunc ordinem adſcitus. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1729. p. 423. 424.

(316.) Philoponus (*Lotharius*) eſt *Franciſcus* IVNIVS uid. *Apparat. litter. Witteb.* p. 337.

(317.) Philotheus ſub hoc ficto nomine *Ioachim* FORGEMONT, *Docteur en Theologie*, edidit

edidit *Lettre de Philothée à* M. RICHER *ſur les erreurs de Livre, pour le convier à les effacer:* non atramento, ſed lacrymis in 8. 1614. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 2474.

(318.) Phragmenius (*Ionas Iob.*) uidetur eſſe, GROPIVS uid. von Seelen *Athen. Lubecenſ. Part. I.* p. 312.

(319.) Philyra (*Elias*) uero nomine uocatur *Jean du* TILLET. uid. Colomeſii *Melange curieux* inter opera Colomeſii p. 826.

(320.) Philyranus (*Aeacides*) eſt *Achilles Pirminius* GASSERVS, *Lindauienſis*, qui ſub iſto nomine epigramma in epiſtolas obſcurorum uirorum exarauit uid. Burckhardi *commentat. de vita Hutteni Part. I.* p. 165. Part. 3. p. 54. ſeq. & Schelhorn in *amoen. lit.* T. 9. p. 662.

(321.) Pimandre (Placcius num. 2701. in pſeudon. perperam habet *Timandre*) ſub hoc nomine *Jean* SIRMOND, de Riom, *de l' academie Françoiſe*, qui mortuus eſt 1649. edidit LETTRE *de Pimandre* A THEOPOMPE. Idem ſcriptum antea ſine nomine ullo prodiit ſub tit. *Lettre déchiffrée* in 8. *Paris* 1627. & reperitur quoque inſertum collectioni (Recueil) *de Monſ. du Chaſtelet* in fol. editae *Pariſiis* 1635. p. 14. uid. Le Long l. c. num. 8776.

(322.) Piſtophilus (*Cepha*) eſt *Petr.* ALLINGA, uid. *biblioth. Schalbruch. Part. I.* p. 78.

(323.) Piſtophili (*Sinceri*) neue und gründliche Erläuterungen ſchwerer Stellen heil. Schrifft erſter Theil. Franckf. und Leipz. 1735.

in 8 pl 5. Auctor praefationi ſubiecit litteras G. L Oe ex quibus apparet, illum eſſe doctiſſimum & diligentiſſimum OEDERUM, *Rectorem quondam Onoldinum*, deinde praepoſitum Feuchtwangenſem, & in praefat. indicat, ſe ideo hoc nomen aſſumſiſſe, quia amicus fidei & ſinceritatis eſſe ſtudeat uid. die früh aufgeleſene Früchte 1735. p. 85.

(324) Le Poet *ſans fard* eſt Poëta GACON uid. Ioh Chriſtoph Coleri erſte Sammlung nützlicher Anmerckungen über allerhand Materien aus der Theologie p. 138. hic Poëta *Gaçon* inter alia ſcripta edidit *Homere vengé*.

(325.) Poitevin, ſub hoc nomine prodiit *L'Egliſe de France affligée* i. e. *Eccleſiae Gallicae afflictio*, quam oppreſſis Ianſenianis tulit. 1688. ſed uerus auctor eſt *Gab.* GERBERON (*a*). In hoc libro acta Epiſcoporum Galliae contra Ianſeniſtas reprehenduntur. Liber autem in papatu prohibitus eſt uid. Die Unſch. Nachr. 1712. p 187.

(326.) de la Popeliniere. Sub ficto hoc nomine proſtat *hiſtoire des hiſtoires*; genuinum autem auctoris nomen eſt *Lancelot* VOISIN uid. Reimanni *hiſt. litter. german nou. part. 3* drittes Haupt: p. 350. Placcius in indice ſub uoce *Voiſin* remittit ad *Popeliniere* ſed in Pſeudonymis nihil inuenio *de Popeliniere* debito loco. conf. bibl. meam anon. n. 520.

(327) Porpora (*Seluaggio*) auctor uerus eſt Cardinalis BENTIVOGLIO, qui Statii Thebaidem italice

(*a*) Add in Biblioth. mea anonym. inter anon. lat. voc. *Proceſſus* not. (c.) & *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1705. p. 244.

italice edidit. uid. die Leipz. Zeit. von gel. Sachen. 1733. n. 76.

(328.) Ianus Caſſius Poſernius eſt POSNERVS, *Profeſſor* Eloqu. quondam *Ienenſis.*

(329.) Praetorius (*Elias*) Sub hoc nomine *Adolphus* HELT, *Stadenſis*, edidit *Examen Actorum euangelici alicuius Sacerdotis aduerſus Sacerdotes euangelico-Lutheranos.* De uita & aliis huius *Helti* ſcriptis uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam Bibliothecae ſuae part.* 5. p. 35.

(330.) Des Preaux (E. S.) D. B. A. ſub hoc nomine *Etienne* SEYSTRE, monachus *Coeleſtinus* edidit VIE DE SAINT BENEZET in 12. *Avignon* ap. *du Perrier* 1675. auctor mortuus eſt 1704. uid. le Long l. c. n. 1206. & conf. in hac ipſa Bibliotheca Pſeudonymorum ſub uoc. *Diſambee.* & ſub uoc. *Agricole.* Le Long l. c. n. 1108 etiam uitam huius ſancti, per *Adrian* BAILLET conſcriptam, adducit.

(331.) Presbyteri Beſchreibung des Cloſters Gottes Gnade. Auctor eſt Gottfried Elteſte, uid. M. Friedr. Gotfr. Elteſtens ausführliche Nachricht von der Stadt Zörbig & exinde die Samml von theol Sachen. 1727. p. 1292.

(332.) Profuturus (*Franciſc.*) ſub hoc nomine ficto *Pierre* NICOLE, *Baccalaureus Theologiae* edidit *Belgam Percontatorem, ſeu Franciſci Profuturi, Theologi Belgae, Scrupulos ſuper narratione rerum geſtarum in conuentu Cleri Gallicani circa Innocentii X. Conſtitutionem* in 4. *Syluaeducis* 1657. *Nicole* mortuus eſt 1695. uid. le Long. l. c. num. 1644. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus multa ſcripta, cum hoc conferenda adducit. uid. ſupra ſub uoce *Belga.*

(333.) Puritanus (*Gregor. Riuius*) Verum auctoris nomen eſt *Georg. Burch.* LAVTERBACH, Mineruae Wolferbytanae Sacerdos, ſub cuius ficto nomine prodiit *Monaſtica hiſtoria occidentis ſcabra & ſalebroſa, floribus conſtrata* &c. In. 3. Tomos diuiſa, cum figuris aeneis & indice locupletiſſimo 1737. in 8. mai. 1. Alph. pl. 18. de quo libro & eius contentis plura uid. in den Leipz. gel. Zeit. 1737. n. 37. p. 327.

(334.) Putoneus. Sub hoc nomine D MEINIG uaria ſcripta edidit e. g. 1.) Lebens-Beſchreibung des Cardinals Coſcia. Leipz. 1733. in 8. pl. 15. uid. die auserleſ. theol. Bibliothec (Coleri) part. 72. p. 1211. add. die Samml. von theol. Sach. 1733. p. 250. 2.) Anmerckungen zu einen Tract. cui tit. das Recht weltlicher Fürſten in Kirchen Sachen. uid. die auserleſ. theol. Bibliothec. (Coleri) part. 61. p 84. 3.) eine Schrifft von den Vampyren. uid. die auserleſ. Theol Bibl. part. 62. p. 148. 4.) Enunciata & conſilia iuris Leipz. 1722--1724. in 8. Quae enunciata collegit & illuſtrauit D. MEINIG.

Q.

(335.) Quplius (*Porphilius*) uero nomine eſt *Phil.* QVORLIVS, per anagramma eruendus, qui contra Pauli *Sarpii* Hiſtoriam Concilii Tridentini ſcripſit. uid. Ioh. Fabricius *in Hiſtoria bibl. ſuae part. 5.* p. 277.

R.

(336.) Raitern (*Vlric.*) ſub hoc nomine latet *Abrah.* CALOVIVS uid. ſupra ſub uoc. *Hulderieus.*

(337.)

(337.) Reinhold (*Hartmann*) Reime dich, oder ich freſſe dich, das iſt deutlicher zu geben: Antipericatametanaparbeagedamphirribificationes poeticae. *Godofredum* SACERVM (*a*), I. V. D. *Ducalis Camerae illuſtris iudicii & cancellariae Guelpherbytanae Aduocatum ordinarium*, REINHOLDI ſub nomine contra uernaculorum poetarum ineptias (*b*) librum edidiſſe *Northuſae* 1673. in 8. teſtatur Godofr. *Vockerodt* in programmate in obitum filiae *Saceri*, b. Nitſchii, Gen. Superint. Goth. uxoris edito 1711. Fuit autem ille *Sacerus* in Societate frugifera nomine *Hierophili* inſignitus.

(338.) Renati (*Sinceri*) goldne Quelle der Natur und Kunſt. Breßlau in 8. pl. 13. Auctor eſt *Sam.* RICHTER. uid. die Theolog. annales (Loeſcheri) decenn. 2. p. 755. Idem *Richterus* ſub nomine Renati *Sinceri* edidit Theophiloſophiam Theoretico-practicam. Breßlau 1711. in 8. 1 Alph. pl. 2. uid. die Unſch. Nachrichten 1711. p. 859. ſq.

(339) Reuchlin (*Jean.*) *Diſſertation critique ſur la nouvelle bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques, où l'on étable en même tems la verité de quelques principes, que l'on a auancez dans l'hiſtoire critique du vieux teſtament par Jean Reuchlin Francfort* 1688. in 12. Auctor eſt *Richard* SIMON. uid. Bruzen *de*

(*a*) Placcius in pſeudonymis n. 2296. Morhofium ſecutus, Ioh. *Riemerum* pro auctore huius ſcripti habet, ſed *Vockerodii* teſtimonio plus tribuendum uidetur.

(*b*) Auctor uitia monſtraturus uernaculae poeſeos, informandum ſibi fingit aliquem, Hans Wurſt dictum, quem non Poetam, ſed Poetaſtrum reddere conatur.

de la Martiniere p. 71. Placc. n. 2306. (α) nomen quidem pſeudonymi, ſed eius librum non adducit.

(340.) Rhinelota (*Hypocritaſmus*) qui edidit Unpartheyiſche Commiſſion in Händels Sachen 1711. in 4. pl. 1. Auctor eſt fanaticus BRENDELIVS, qui turpiſſime in hac plagula ſcribit & monet, ut abrogetur totus ſtatus eccleſiaſticus, uel ut loquitur, alle Pfaffen. uid. die Theolog. annales (Loeſcheri) 1711. p. 33.

(341.) Ricardus (*Antonius*) eſt *Steph.* AGARDVS uid. Huetius *in vita ſua* p. 27. Placcius n. 198. Pſeudonym. auctorem non detegit.

(342.) Richardus (*Abbas*) ſub hoc nomine P. *Gabr.* GERBERON, *Ianſeniſta*, edidit *Critiques* (a) *des Preiugés de Mr. Jurieu* i. e. *Examen Praeiudiciorum Iurii* uid. *Acta Eruditor. Lipſ. Lat.* 1705. p. 244. ſed anno 1690. pag. 566. 572. eadem acta hunc librum tribuunt *Arnoldo*, curae autem poſteriores hic ſine dubio ſunt meliores prioribus.

(343.) I. Richard, *Prieur de Beaulieu S. Avoye*, ſub quo nomine prodierunt *Sentiments d'Eraſme de Rotterdam conformes à ceux de l'Egliſe catholique ſur tous les points controverſes à Cologne* 1715. in 12. pl. 18. Liber hic iam prodiit 1688. ſed ſub alio titulo. Genuinus huius ſcripti auctor eſſe dicitur Mr de S. AMOVR, *Doctor Sorbonicus*. uid *Journal litteraire* Tom. 7. part. 2. n. 9. ubi recenſetur, alia recenſio eſt *in actis eruditor latinis*

(a) Qui liber recenſetur in *Act. Erud. Lipſ. lat.* 1690. p. 565. 572. & 608. Neſcio num Placcius num. 198. Pſeudonymor. dum Anton. *Richardum* pſeudonym. adducit, hunc *Gerberonium* indicare uelit, nam eius relatio ualde obſcura eſt.

nis 1716. menſ. Septemb. n. 11. auctor negat, Eraſmum ullo modo conſenſiſſe cum Luthero. add. Fabricium *de religione Eraſmi* p 24.

(344.) Richter (*Chriſtian Anton*) ſub hoc falſo nomine D. *Sigismund* SCHMIEDER, *membrum Academiae Caeſareae naturae curioſorum & Medic. Practicus Lommatſchenſis*, qui mortuus 1717. d. 15 Oct. epiſtolam edidit ad amicum *de cenſura belgica* & in illa ſuum Schediasma epiſtolicum de *Scarabaeis criticis* ſub nomine *Alethophili Sinceri* editum, defendit uid. Die Leipz. gel. Zeit. 1718. p. 200. qui etiam pauca de uita & ſcriptis *Schmiederi* tradunt. conf. in hac ipſa collectione uocem *Sincerus*.

(345.) de la Riviere (*D. B.*) fictum hoc nomen aſſumſit *Bernardus* MONTFAVCON & edidit epiſtolam contra *l' Abbé d' Allemagne* uid. Simonius *in Bibl. crit.* Tom. 4. ep. 8. p 53. & cap. 12. p. 117. Placcius n. 2343. pſeudon. ſub nom. *de la Riviere* Roch. DE BAILLY latere indicat.

(346.) Rochefort (*le Comte de*) ſub hoc nomine latet *Gatien* de COVRTILTZ, uid. in biblioth. anonymor. ſub uoce *Memoires* de M. L. C. D. R. num 796.

(347) de la Rochefoucault (François) *Cardinal, Grand Aumonier de France*, ſub hoc nomine *Jean* PHELIPPEAVX, *Ieſuita*, qui mortuus eſt 1643. edidit: *Raiſons pour le deſaveu fait par les Evêques de France, d'un Livret, intitulé: Jugement des Cardinaux Archevêques, Evêques & autres, qui ſe ſont trouvé en l' Aſſemblée generale du Clergé. ſur quelques Libelles diffamatoires contre les Schismatiques de ce temps*, in 4. *Paris* 1626. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 11874. qui

etiam

etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(348.) Rolletus (*Ioh.*) eſt KLINGERVS uid. Ludouici *Hiſtor. Iuris nat.* §. 51. p. 32. Placcius n. 2358. Sam. Puffendorffium latere putat ſub hoc nomine, ſed adhuc dubius fuit.

(349.) Rondeau (*Pierre*) Frantzöſiſch deutſches und deutſch Frantzöſiſch Lexicon von *Pierre* RONDEAU 1711. & 1712. in 4. 2) *Pierre de touche ab eodem.* Auctor uerus horum duorum ſcriptorum eſt *Ioh. Theodor* IABLONSKY, *Societati olim ſcientiarum Berolinenſi ab epiſtolis* uid. cel. Stollius in den Noten über Heumanni conſpectum p. 693.

(350.) Roquette (*Gabriel*) *Evêque d' Autun*, ſub hoc nomine *Pierre* NICOLE, *des Chartres, Baccalaureus Theologiae*, qui mortuus eſt 1695. edidit: *Oraiſon funebre d' Anne Marie Martinozzi, Princeſſe de Conty.* in 4. *Paris* 1672. Princeps haec femina erat uxor Armandi, principis *de Conty* & mortua eſt 1672. uid. le Long l. c. n. 10427. & Philibert *de la Mare* part. 2. Tom. 2. *de ſes Memoires Manuſcrits* p. 3.

(351.) Roſellus (*Petrus*) ſub hoc nomine *Franc.* MARCHESIVS edidit ſcriptum *de antiqua Gallias inter & Hiſpanias in diuinis & humanis rebus communione*, auctore *Petro* ROSELLO, *Sacerdote Gallo* in 4 Lugduni 1660. uid. Mandoſius Tom. 2. centuriae ſuae *des Ecrivains de Rome* add. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n 1189 ſq. & 11848, qui uaria ſcripta, cum hoc conferenda habet. Placc. n. 1117. anonym.

per-

perperam hunc librum pro anonymo habet cum ſit pſeudonymus.

(352.) de Royaumont, (*a*) ſub hoc nomine *Louis le Maitre* DE SACY ſcripſit *Hiſtoire du vieux & du nouv. Teſt. repreſentée par des Figures à Paris* 1713. in 4.

(353.) Rubeanus (*Ioh. Crotus*) eſt *Ioh.* IAEGER, *Dornheimio-Thuringus*, uid. Iac. Burckhardi commentar. *de linguae latinae fatis* p. 433. adde uaria huc pertinentia ſupra in Bibliotheca anonymorum n. 1491.

(354.) In den Diſcourſen der Mahler (*b*), quae Tiguri prodierunt, 1728. ſub nomine RVBEEN Prof. BODMER latet, uid. die Leipz. gel. Zeit. 1728. p. 378.

S.

(355.) Sadeur (*Jaques*) Verus auctor eſt *Gabr.* FOIGNI, qui fuit monachus diſcalceatus in monaſterio Lotharingiae, & edidit *Relation des Ter-*

(*a*) Nomen *le Sieur de Royaumont, Prieur de Sombreval* etiam aſſumſit Nic. *Fontaine*, uid. Placcium in pſeudonymis n. 2375.

(*b*) Quum mirum in modum celebrarentur opellae iſtae der Hamburgiſche Patriot und die Hälliſche vernünfftige Tadlerinnen, aemulatio coëgit *Bodmerum* edere haec colloquia, ne uideatur tantum poſſe μωμεῖσθαι, imo & μιμεῖσθαι. Non tamen is ſolus Dialogis iſtis operam ſuam conſecrauit. uid. Goetten ietztl. gel. Europa Part. 1. p. 135. add. in bibl. mea anon. tit. *Patriot* in notis.

Terres auſtrales à Geneve 1676. uid. Baylii (*a*) *Dictionaire* uoc. *Sadeur* not G.

(356.) de Saint-Lazare. Sub hac parte nominis ſui *Claude* MALINGRE *de Saint-Lazare* edidit *Remarques d'Hiſtoire, ou Deſcription chronologique des choſes memorables, arrivées tant en France qu'ès Païs étrangers, depuis l'an* 1610 *juſqu'en* 1637 *par de* SAINT-LAZARE in 8 *Paris* 1638. & *les memes Remarques juſqu'en* 1639 in 8 *Paris* 1639. quae tamen editio ſine dubio in eo tantum differt a priori anni 1638, quia auctor poſteriori adiecit ea, quae acta ſunt 1639. uid *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 9010.

(357.) Salicetus eſt *Chr.* SCHOETTGEN. De alio *Saliceto* uid. Placc. n. 2400. (*α*) *Pſeudonymor.*

(358.) Samoſcius eſt D. *Ioh. Iac.* MASCOV. per anagramma.

(359.) de Sandricourt (*b*) (*le Sieur*) De hoc ita ſcribit le Long l. c. n. 9456. ſq *Eſt un auteur Pſeudonyme; qui a compoſé plus de vingt pieces dans l'année* 1652 *ſur les Affaires du tems. Il a donné à la plupart un tour fort ſingulier* - - - *Quel-*

(*a*) Qui breuem uitae huius *Feigny* deſcriptionem ſuppeditat & refert, auctorem propter uaria impia, in hoc libro contenta, ex patria fuiſſe expulſum.

(*b*) Qui etiam pro uero auctore habetur ab auctore anonymo, qui edidit *la vie de François Eudes de Mezeray, Amſtel.* 1726. in 8. pl. 8. & quae uitae deſcriptio uerboſe recenſetur, & *Mezeray* merita in Hiſtoriam gallicam exponuntur in *actis Erudit. Lipſ. lat.* 1726. p. 548. ſq.

Quelques uns ont cru, que MEZERAY (*a*) *ſ'étoit caché ſous le nom* DE SANDRICOURT, le Long autem magis inclinat ad ſententiam eorum, qui *Franciſcum* DURETUM uerum auctorem eſſe cenſent. Recenſet etiam ibidem omnes illius Pſeudonymi tractatus. conf. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1726. p. 549.

(360.) Scacchius (*Bernabo*) & *Fibriana* REALIS. Sub his nominibus *Raphael* RABBENIO, *Medicus quidam Iudaeus* edidit: *Squarcio di Lettera del Dottor Bernabo Scacchi ſopra le conſiderazioni del Signor Biagio Garofalo* (de quo uid. ſupra uoc. *Garofalo*) *intorno alla Poeſia degli Ebrei* i. e. *Fragmentum epiſtolae D. Scacchii de conſiderationibus Blaſii Garofali de poeſi Ebraeorum* in 8. pl. 4. chart. aug. uid. Ephemerides Venet. 1710. T. 2. p. 499. add. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1708. p. 307.

(361.) Schotanus (*Chriſti.*) *Theologus Leydenſis*, eſt *Iob* COCCEIUS, in cuius & aliorum obiecta caſtigationes ſubiectae ſunt Iſaaci Voſſii *diſſertationibus de* 70. *interpretibus* &c. uid. Ioh. Fabricii *Hiſtor. bibl. ſuae* part. 3. p. 428.

(362.) Shotthus (*M. H.*) eſt D. WEBER, qui

(*L*) ſub

(*a*) In ſatyricis ſcriptis ſuis, ſub nomine *de Sandricourt* editis, potiſſimum acerbe inſectatus eſt *Mazarinum* & alios uiros principes, quod non laudat eius Biographus, imo grauiter reprehendit & libellos illos uocat ſeditioſos: maxime eo nomine notat hiſtoricum, quod ſatyris uexarit *Richelii* nomen, immemor acceptorum ab eo beneficiorum haud tenuium, quippe *Richelius* illi 200 imperiales dono miſit, poſtquam ſibi morbum contraxerat, nimis pertinaciter in hiſtoriam Galliae conſcribendam incumbendo.

ſub ficto iſto nomine edidit den Calender Butzer (a) it. Rettung des Calender Butzers, cum quibus ſcriptis conferatur M. D. Starckloffi fernere Rettung des Calender Butzers in 8. ſin. loc. & anno.

(363.) Scinflenus (*Berardo*) Auctor uerus eſt *Franciſco* BERLENDI, qui ſibi per anagramma fictum hoc nomen impoſuit & edidit *Cabbalamachiam Venet.* 1718. in 8. reiiciens iudaicam & Pythagoricam Cabbalam uid. die Leipz. gel. Zeit. 1719. p. 626.

(364.) Scribanius, uel SCRIBACIVS eſt *Ioh. Dau.* SCHREBER & prodiit *Diaſcepſis de deſperatione ſalutari* ſine loc. 1733. in 4. pl. 9 per *Iuſtum Theodor.* SCRIBACIVM, de qua Diaſcepſi uid. die Samml. von theol. Sach. 1733. p. 852.

(365.) Sedichembechenſis abbas, ſub cuius nomine quaedam ſcripta prodierunt, eſt *Iaqu.* BOILEAV. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 275.

(366.) Seimeon (*Recared*) qui edidit *Ceremonies & Coutumes, qui ſ'obſervent aujourdhui parmi les Juifs, traduites de l'Italien de Leon de Modene, Rabin de Veniſe, avec un ſupplement touchant les ſectes des Caraites & des Samaritains de notre tems par* D. *Recared* SEIMEON *Paris* 1674. in 4. Auctor eſt

(a) In his opuſculis Aſtrologia diuinatoria arguitur incertitudinis, falſitatis, temeritatis, ἀλογίας & ἀντιγραφίας. M. Theodorus *Maius* autem edidit *Aſtrologiam uindicatam*, in qua Aſtrologiam ab his obiectis abſoluere & uindicare ſtudet. Celeb. Reiman. in *catal. bibl. theol.* p. 736 de his auctoribus iudicat, Iliacos intra muros & extra ab iis peccari. Siquidem utrinque multa πάθη, pauci λόγοι, nulla ἤθη reperiantur.

eſt *Richard* SIMON, qui in altera editione Pariſ 1681. in 12. aſſumſit nomen DE SIMONVILLE. uid. M. Bruzen p. 23. & *lettres de Monſ. Bayle par Monſ. des Maizeaux.*

(367.) Selintes Zufällige Gedancken von einigen Vorurtheilen in der Poeſie, beſonders in der Teutſchen, eröffnet von Selintes, Lübeck (potius zu Kiel) 1716. in 4. Auctor eſt magnif. abbas *Ioh. Laurent.* MOSHEMIVS, moderatius ſcripturus leniusque, ſi nunc ad edendum eiusmodi quid ſe accingeret.

(368.) Serenus eſt *Iuſt. Gotth.* RABENER, *Diac. quondam Lipſienſ.*

(369.) Sertorius (*Chriſtoph.*) ſub hoc nomine *Chriſtophorum* SCHAPPELERVM, (*a*) *Paſtorem Memmingenſem* & primum reformatorem, Zvvinglio addictum, a nonnullis pro face & tuba in bello ruſticorum habitum (a qua imputatione autem illum liberare omni ſtudio contendit Schelhornius *in amoen. litterar.* Tom. 6. p. 328 -- 336.) latere putat Schelhorn l. c. p. 330. & ab eodem ſub illo nomine epiſtolam ad Zvvinglium ſcriptam eſſe perhibet, quae reperitur in Ioh. Henr. Hottingeri *Hiſt. Eccleſ.* N. T. Sec. 16. Part. 2. p. 515. ſq.

(370.) Seuerianus (*Iuſtus Vindicius*) qui edidit *telum defenſiuum*, eſt D. *Ioh. Wolfg.* TEXTOR, *Anteceſſor quondam Altorfinus, deinde Heidelbergenſis.* uid. Selenii *Philocal.* p. 285. & *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1721. p. 455. & part. 4. Hiſtoriae bibliothecae Ioh. Fabricii, Helmſtad. p. 326.

(371.) Seuerus (*Victorinus*) qui edidit litteras amicas ad Ioh. *Schmidelium*, Prof. Erfurtenſem, *de tranſmiſſione Actorum* 1706. eſt *Ioh. Philipp*

(*a*) l. enim citato ait Schelhorn, nullum paſtorem eo tempore Memmingae fuiſſe cum praenomine *Chriſtophori*, quam *Schappelerum.*

ODELEM, de cuius uariis aliis ſcriptis uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam biblioth. ſuae part.* 5. p. 183-- 186.

(372.) Sextius *de Salyen*, ſub quo nomine prodiit *Lettre critique à Evnenus le Marſeillois, touchant le Diſcours ſur les Arcs triumphaux, dreſſez en la ville d' Aix à l' heureuſe arrivée du Duc de Bourgogne & du Duc de Berry* 1701. in 12. Auctor uerus eſt *Pierre Ioſeph* DE HAITZE, *ou d'* HACHE, *Provençal, l' Evnenus le Marſeillois* autem eſt *le Sieur de Roiſſy* uid. le Long l.c. n. 10797.

(373) Sezanon (*Anno Menicus*) eſt *Ioh. Henr.* HOFMANN. uid Pfeffingeri *Lüneb. Hiſtor.* p. 349.

(374 Sicurus (*Doroth.*) edidit de *prudentia theol.* librum, ſub hoc nomine latere creditur *Thom.* CRENIVS uid. *Hiſt. biblioth. Fabric. part.* 1. p. 253. & part. 4. p. 45. it. p. 67. potiſſimum autem p. 287. ſed rectius part 5. p. 311. auctorem uerum *Fabricius* indicat, nimirum *Theodorum* CRVSIVM, hic enim per anagramma prodit, & ſub *Dorothei* SICVRI nomine etiam edidit: *Originem Atheiſmi in Pontificia & Euangelica eccleſia* 1684. in 4. quibus ex fontibus originem Atheiſmi arceſſat, oſtendit l.c. Fabricius.

(375.) Sideraltus, qui edidit litteras ad *Schelguigium* & Arnoldi Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie refutauit, eſt HOCHEISEN, qui hoc nomen ſibi ex graeco & latino finxit, nam σίδηρος ſignificat *ferrum & altus* hoch i. e. Hocheiſen. uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam bibl ſuae part* 2. p. 452.

(376.) Siegmann (*Horrallector*) eſt I. G. HOBHAN (ἀλέκτωρ enim graece ſignificat *Hahn*) *Superintendens Knitlingenſis* uid. D. Chriſtoph. Matthaei Pfaffii *introduct. in Hiſtoriam theol. litterar.* part. 2. p. 269. ſq.

(377.)

(377.) Sieguolck. (*Ge.*) qui edidit: Gründliche Gedancken (*a*) über Herrn Abt Mosheims ungegründete Gedancken von der Ewigkeit der Höllen-Strafe. Auctor uerus eſt KLEIN NICOLAI (nam *Nicolai* idem ſignificat ac *Sieguolck*) qui etiam per iſtum aeſtumatiſſimum uirum intelligendus eſt, cuius p. 14. n. 12. mentionem facit D. Ioh. Wilh *Peterſen* in opere de *ἀποκαταστάσει πάντων*, ſed nomen eius diſerte non indicat.

(378.) Simplicius (*Seuerus Alethaeus*) eſt *Iſaac* LE MAIRE uid. *catalog. Biblioth. Schalbruch.* p. 85.

(379.) Sklerandri (D. *Phil. Iac.*) *Hiſtoria antiquitatum eccleſiae Chriſtianae a Chriſti & Apoſtolorum temporibus concinnata* 1710. in 4. 3 Alph. pl. 15. Hoc ſcriptum 1669. *Berolini* prodiit ſub tit. *De rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis* per D Philipp. Iac. *Hartmannum*, *Profeſſorem Hiſtor. Regiom.ont.* Bibliopola autem in repetita editione nouum titulum praefixit & loco germanici nominis *Hartmanni* poſuit Synonymum graecum *Sklerandri*; nam *σκληρὸς* ſignificat *durus*, Hart. Auctor autem ſe ipſum non uocauit *Sklerandrum.*

(380.) Sinceri *Euangelici* ſub nomine D. & Prof. ANTONI, *Halenſis* edidit ein Sendſchreiben an einen Sächſ. Theologum die Materie von dem wah-

(*a*) Adhaerent der vergebliche Streit wieder die Wahrheit, welchen Herr D. Neuſs ehedeſſen in ſeinem Tract. Wiederbringung des erdichteten Euangelii &c. angefangen. 2) Gründliche Vorſtellung, was Actor 3. v. 21. durch die Wiederbringung zu verſtehen, 3) wichtige Fragen vom 1000 jährigen Reiche, Freyſtadt 1729. in 8 1 Alphab. etliche Bogen.

wahren, lebendigen thätigen Glauben (*a*) betreffend 1699. in 4. uid. M. Joh. Chriſtoph Wolffii, Conrect. Flensburg. *Abſurda Halenſia* p. 105. qui dicit, M. *Blumbergium* ſatisfeciſſe *Antonio* in *confutatione orthodoxa hypotheſeos Maioriſticae, fidem ab ipſo iuſtificationis actu practicam eſſe.* add. D. Ioh. Frider. Mayers weinendes Jeruſalem über die Pietiſtiſchen Verführungen p. 4.

(381.) Sincerus (*Theophilus*) qui edidit in Gottes Wort gegründete Urſachen, warum das ſo genannte Feg-Feuer aus 2 Maccab. 12. nicht zu erweiſen, und was ſonſt von dieſer Schrifftſtelle zu halten. Regenſp. 1705. in 8. Auctor eſt *Ge.* SERPILIVS. uid. Czvittingeri *ſpecimen Hungariae litteratae* p. 344.

(382.) Sincerus (*Conſtans*) qui edidit *Spongiam in Eliſei Aurimontani epiſtolam, contra Dantiſcanos editam* 1638. in 8. eſt *Chriſtoph* RICCIVS, *Syndicus Gedanenſis*, uid. Andr. Charitium *de uiris eruditis, Gedani ortis* p. 8. add. ſupra uoc. *Aurimontanus.*

(383.) Sinceri (*Iuſti*) vermiſchte Neben-Stunden (*b*), erſtes Stück 1724. in 8. pl. 6. Auctor eſt

(*a*) Qui in hoc ſcripto docet, fidem ueram uiuam & actiuam requiri ad iuſtificationem. & uiuam atque actiuam dici, non quia uitam & efficaciam ſuam a caritate accipiat, neque propter apprehenſionem Chriſti, ſed quia eſt uis & operatio Sp. S. & iam uiua eſt, cum Chriſtum apprehendit & hanc doctrinam tuetur contra D. Io. Ge. Neumannum & D. Sam. Schelguigium. De uita Antonii quaedam habet Ioh. Fabricius *in hiſt. bibl. ſuae part.* 4. p. 425.

(*b*) Continet hoc ſcriptum varias obſeruationes ad Theologiam, Philologiam & Litteraturam, ut uocant, ſpectantes, quas auctor diuerſis partibus continuare ſibi propoſuit. Part. 1. continentur Minucii

eſt *Ioh.* STAALKOPFFIUS, *Senior Miniſterii Eccleſ. Conſiſt. Aſſeſſor & Paſtor ad S. Mariam Wiſmariae.*

(384) Sincerus (*Aaron*) qui edidit Nothwendige Addreſſe und Warnung *ad Germaniae Rectores, ſiue magiſtratus de dura perſecutione ſic dictorum Pietiſtarum* ſin. loc. & ann. in 4. uero nomine eſt *Ern. Chriſtoph.* HOCHMANN *ab Hochenau* (a). uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam bibl. ſuae part.* 4. p. 465.

(385.) Sincerus (*Verus*) (b) qui etiam ſe DISCRETUM *catholicum* uocauit & 1666. edidit *Tractatum, ſiue Diſcurſum de hodierno religionis ſtatu,*

 nec

Felicis & Nic. Contareni Philoſophemata de fato, notulis quibusdam illuſtrata. 2) Cogitationes piae ad Ioh. 12, 21. 3) cogitationes mixtae ad Zach. 8. v. 19 4) cogitationes morales ad Pſ. 84. v. 8. 5) Reflexion ad 1 Reg. 18 v. 21. 6) annotationes ad 2 Timoth. 1. v. 4. 7) meditatio de liberalitate Dei & hominum 8) cogitationes ſubitaneae ad Marc. 16. v. 1. 9) Reflexion ad Marc. 16. v. 2. 10) annotationes ad Marc. 16. v. 3. 4. 11) cogitationes mixtae ad Marc. 16. v. 5. 6. 7. Quatuor ultimi articuli huc non pertinent. Add. etiam die auserl. Theol. Bibliotb. (Coleri) part. 7. n. 8. und die Leipz. gel. Zeit. 1724. p. 411.

(a) Qui queritur, illos, qui Pietiſtae uocentur, & Chriſti mandato a prauis ſeſe ſeparauerint, perſecutionem pati, in carcerem compingi, puniri, ciuitate ac bonis ſuis ſpoliari, eiici atque in exſilium propelli, aliosque rogat, ut eiusmodi actus intermittant atque innocentes & Deo Chriſtoque eius dicatos, ſuo quemque iure frui & gaudere ſinant.

(b) Contra hunc prodiit Andreae Kuhnii *Diſcretus catholicus autocatacritus* (*Ienae*) 1680. in 4. in quo auctor id agit, ut monſtret, *Diſcretum catholicum*, non tam ſincere, uti ſe iactet, eſſe Pontificio-catho-

nec non *Extractum* eius ſcripti 1673. inſecutum, fuit ſereniſſimus ERNESTVS, *Haſſiae Landgrauius.*

(386.) Sinceri (Theophili) Nachrichten von lauter alten und raren Büchern 1. 2. 3. 4. 5. 6 Stück. Franckf. und Leipz. 1731. 1732. in 8. Verus auctor eſt *Ge. Guſtau* ZELTNER. *Polyhiſtor Altorfinus*, in librorum rariorum notitia nemine inferior. uid. celeb. Reimanni *catal. litterarium* p. 532.

(387) Sinceri Euangelici ſchrifftmäßige Prüfung des Römiſch Catholiſchen Glaubens Bekänntniſſes. Jena 1724. in 12. pl. 12. cum praef. b. D. Ioh. Franc. Buddei. Auctor eſt M. FRATSCHER, *Paſtor & Euangelici Miniſterii Aſſeſſor Erfurtenſis*, qui iuſſu magiſtratus ſui hoc ſcriptum exarauit. uid. b. Buddei Iſagogen in Theologiam p. 1837.

(388.) Sincerus (*Innocentius Deodatus*) qui edidit Prüfung der Profeſſionis Tridentinae (*a*), wie ſolche von der Durchlauchtigſten Princeſſe Eliſabeth Chriſtinen von Braunſchweig Lüneburg am 1. May 1707. zu Bamberg abgeleget worden 1707. in 4. pl. 18. ſin. loc. Auctor eſt D. *Ioh. Dauid* SCHWERDTNER (*b*), *Superintendens Pirnenſis* uid. die theol. annales (Loeſcheri) 1707. p. 355.

(389.)

---

licum, ſed Romanae eccleſiae multis in articulis praeiudicare. Kuhnii ſcriptum uerboſe recenſet Ioh. Fabricius *in hiſt. bibl. ſuae part.* 4. p. 225. ubi & de uita *Kuhnii* quaedam habet.

(*a*) Auctor totam Profeſſionem Tridentinam refutat, & ea repetit, quae noſtri Theologi, quondam contra illam diſputarunt, & iis, qui a uera fide diſcedunt magna damna, quae in illos redundant, oſtendit.

(*b*) Contra hunc Ioh. Dieter. Godofr. *Sonnemann* edidit *Diſcuſſionem Examinis Innocentii Deodati Sinceri, Hildeſiae* 1708. in 4. Ioh. Fabricius, abbas

(389.) Soleicht (*Micha Eric.*) qui edidit *linguas apoſtolorum diſſectas redintegratas (a), ignisque illorum in capite & ore flammigerans, exſtinctus, ut uerus & uenerabilis uultus appareat* Act. 2, 3. *manus medicas & auxiliatrices adhibente Micha Erich* SOLEICHT (*b*) 1725. *Guelpherbyti* in 4. pl. 3. Auctor eſt *Erich* EICHOLTZ, *Conrector Guelpherbytan.*

(390.) Sophianus (*Arſenius*) Sub hoc nomine prodiit die vernünfftige Religion d. i. gründlicher Beweiß, daß man das Urtheil geſunder Vernunfft

(*L*) 5 auch

Helmſtäd. in *Hiſtor. bibliotb. ſuae part.* 4. p. 227. dicit, *Sincerum* regiam ſponſam, maximique principem nominis irreligioſe atque inſolentius tractaſſe: quos tamen exceſſus poſtea, potentiſſimi heri ſui iuſſu, agnouerit, poenitentiam egerit, conceptis uerbis deprecatus ſit, offenſique principis ueniam & gratiam humillime implorauerit. Fabricius l. c. recenſet *Sonnemanni* ſcriptum & quaedam de eius uita habet.

(*a*) Auctor miraculum effuſi ſpiritus ſancti in Feſto Pentecoſtes turpiter peruertit & deſtruere conatus eſt, & ideo uerſum 3. hoc modo uertit: Videbantur apoſtoli aliique praeſentes extemplo obmuteſcentes: uel reſpiciebant ſe inuicem obſtupefacti, quod igne tacti coeleſti (Terror enim, quem fragor de coelo improuiſus incutiebat, cuique illorum inſidebat) uid. die Samml. von theol. Sachen 1727. p. 223.

(*b*) Contra hunc pſeudonymum diſputat. b. Franc. *Wokenius* in Faſciculo obſeruationum criticobiblicarum Lipſ. 1726. in 4. edit. diſſertatione 2. tota & iudicat, Soleichtium imitari ſtudere ſuum praeceptorem Hermannum von der Hardt, qui etiam temerarie Scr. ſ. interpretatus eſſet ſaepius.

auch in der Theologie und in Erörterung der Religions Fragen gebrauchen müſſe, verfaſſet durch *Arſenium* SOPHIANVM (i.e. *Andr.* WISSOWATIVM) *Philoſ. & Th. Doct.* & P.P. cum praefat. SYNESII *Philadelphi* i.e. ZEIDLERI S. S. *Theol. Profeſſoris priuati & Philoſ. Baccalaur. Amſterd.* 1703. (ſed uerius in Germania) in 8. pl. 6.

(391.) Sophron. Sub hoc nomine *Chriſtophorus* SANDIVS, Philippi filius, natus Cruciburgi 1611. in Pruſſia, edidit librum *de uſu rationis in theologia*. De alii: huius uiri ſcriptis & eius uita uerboſe agit Ioh. Fabricius *in Hiſt. bibl. ſuae part.* 5. p. 64.

(392.) Sperander eſt GLADOVIVS uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 256.

(393.) Sprengeri (*Adolphi*) *Vbiorum conſulis. Amico-critica Monitio* (*a*) *ad Galliae legatos, Monaſterium Weſtphalorum pacis tractandae titulo pulſos* (uitioſe ſic legi puto) *Francof.* 1644. in 4. in quibusdam exemplaribus legitur *Antuerpiae*, in aliis *Mediolani*, in aliis *Viennae*, itemque *Geneuae*. Auctor eſt *Anton* LE BRVEN, *Plenipotentiarius regis Hiſpaniae* uid. le Long l. c. n. 13237.

(394.) Stadelius (*Sebaſt.*) qui epiſtolam *de circumforanea Litteratorum uanitate* editioni Amſtelod. 1716. in 8. *Menckenianis de Charletaneria eruditorum*

(*a*) Scripſit contra hane monitionem ἀνωνύμως *Matthaeus* DE MORGVES, *Sieur de Saint-Germain* Lituram amico-criticae Monitionis calamo ductam in 4. 1645. cui oppoſuit LE BRVEN ſub adſcititio nomine *Rudolphi* GEMBERLAKHII *Spongiam Franco-Gallicae liturae*, de qua uid. Placcius in pſeudon. num. 1163. qui & n. 2568. *Sprengeri* facit mentionem, ſed pauciſſimis uerbis, idem *le Bruen* latet ſub nom. *Guil. a Papenhauſen* uid. Placc. n. 2010.

torum declamationibus adiecit, eſt celeb. D. *Chriſtoph. Auguſtus* HEVMANNVS uid. *catal. Biblioth. Menckenianae* p. 124.

(395.) von Steigerwald (*Veronus Francken*) qui edidit *Res Furciferorum* d.i. Diebes-Händel, oder allerhand Geſetze Augſp. 1728. in 4. 2 Alph. pl. 18. uero nomine eſt inclytus ICtus *Ge. Tobias* PISTORIVS. uid. die Fränckiſchen Acta eruditorum Tom. 2. p. 346. ſq.

(396.) Stigtenius (Hos) eſt *Hero* SIBERSMA uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 5.

(397.) a Sturmeneck (*Laonicus eques*) qui edidit *Spongiam quatriduanam*, eſſe creditur *Nicodemus* FRISCHLINVS uid. Lamberti Danaei librum *de tribus grauiſſimis quaeſtionibus* p. 25. 85. 94. 99. qui & reſponſionem ſuis quaeſtionibus ſubiunxit ad Sturmeneckii *Spongiam*. uid. Ioh. Fabricii *Hiſt. bibl. ſuae part.* 6. p. 181.

(398.) N. Syette, qui edidit tract. *de la Puiſſance roiale ſur la Police de l'Egliſe & contre les Maximes de l'Evêque d'Angers. Paris* 1625. in 8. *Dans quelques Exemplaires ce livre eſt imprimé ſous le nom de* N. SYETTE, *Chanoine d'Angers.* Compoſitum autem eſt reuera hoc ſcriptum per *Jaqu.* BOVTREVX, *Sieur d'Eſtian.* uid. le Long l. c. n. 2579.

(399.) Syluerius (*Ioh. Germanus*) ſub quo nomine prodiit teutſcher Reichs-Staat (*a*) uero nomine uocatur *Chriſtianus Henr.* KREBS, *ſupremi appellationum in Electoratu Brunſuico-Luneburgico Iudicii Secretarius.* uid. Ioh. Fabricii *Hiſtoriam biblioth. ſuae part.* 4. p. 154. (400.)

(*a*) Hunc librum auxit & annotationibus illuſtrauit Chriſtoph. Laurentius *Bilderbeck*, ediditque Lipſ. 1709. Tomis 2. in 4. praemiſitque Bibliothecam iuris Germanici *Syluerium que* defendit in praefat.

(400.) Syluium den Nieder-Sächſiſchen und Meißniſchen in carminibus ſe uocauit M. *Iuſtus* SIEBERVS. uid. Neumeiſterum *de poetis Germanor.* p. 100.

Syneſius (*Philadelphus*) uid. ſub uoc. *Sophianus.*

T.

(401.) Eleutheri TAXIMENIS Vernunfft- und Schrifftmäßige Gedancken vom nahen Heyrathen über Leu. 18. Hannouer 1734. Auctor ex modeſtia tantum addidit litteras I. K. eſt autem *Ioh.* KOCH. (*a*) *Candidatus reu. miniſterii Hannouerani.*

(402.) Themiſtius eſt *Gottfr.* TILGNER.

(403.)

---

ad Tom. 2. contra Burch. Gotthelf *Struuii* Bibliothecam iuris. *Bilderbeckius* multas ad ius publicum ſpectantes controuerſias accurate deſcribit. Ipſe liber *Syluerii* continet accuratam deſcriptionem S. R. Imperii nationis germanicae ſecundum eius originem, aetatem ac praeſentem conditionem & oeconomiam, anteriores ac hodiernas nationes, earumque mores & naturale. Caput imperii ſupremum, illuſtriſſima membra, horumque ortum, incrementum, praeſentem celſitudinem & conuentus ſollemnes, imperii leges fundamentales & excelſa iudicia, item decrementum, defectus & naeuos, religionem, uniuerſitates & reliqua. *Bilderbeck* fuit ordinum prouincialium Lüneburgenſium Syndicus, & in Dicaſterio Ducatus Saxo-Lauenburgici Ratzenburgenſi Aſſeſſor.

(*a*) Quae illum commouerint ad ſcriptum hoc publicandum auctor ipſe indicat in praefatione, & uidentur ipſi potiorem occaſionem ſuppeditaſſe certi cuiusdam Doctoris iuris canonici explicationes in locum cit. de caſibus matrimonialibus expreſſe indicatis.

(403.) Epiphanii THEODVLI *examen Hyperduliae Marianae D. Ioh. Adami Nieberlini*, cum ipſa huius *Hyperdulia Mariana* Altorfi 1701. Auctor nullus alius eſt, quam ipſe *D. Ioh. Mich.* LANGE, *theol tunc Prof. Altorfinus, eccleſiaeque ibidem miniſter.* Contenta & ſcopum huius libri uerboſe indicat Ioh. Fabric. *in hiſt. bibl. ſuae part.* 4. p. 395.

(404.) Theomili (*Hilarii*) ſtete Freude des Geiſtes Franckf. (Regenſp.) 1719. in 8. 2 Alph. 3. B. Auctor eſt idem, qui ſub nomine *Alethophili* 1708. edidit libellum von der wahren Vollkommenheit. i. e. Baro de METTERNICHT uid. ſupra ſub uoce *Alethophili* & adde die Unſch. Nachr. 1719. p. 672.

(405.) Theophili (*Chriſtiani*) (*a*) *Epithalamium Salomoneum* ſine loc. 1707. in 8. pl. 3. Auctor uerus eſſe dicitur Chriſti. Teuffel (*b*), ſtudioſus Helmſtad.

(406.) Theophilus in Hamburg, qui edidit 1) irrige Lehren Georg. Mich. Hirſchfelds (*c*) Hamburg in 8. 1725. pl. 2) Sonnen klaren Beweiß, daß die Lehre

(*a*) Qui turpiſſime Pſalmum 45. peruertit, quaſi eſſet poema voluptuoſum & amoris canticum in honorem regis Salomonis & eius Sponſae, ab adulatore quodam confectum, qui hoc modo regis fauorem ſibi conciliare, uel eius libidinem excitare uoluiſſet. Dicitque auctor, ſe hunc Pſalmum e ſuis obſcuritatibus reuocaturum ſententiaeque ac menti ſuae, quantum fieri poſſet redditurum.

(*b*) Turpiſſima metamorphoſis nomen diaboli mutare in nomen *Theophili*. Auctor hoc ſcriptum dedicauit principi Boruſſiae, regis filio, regni haeredi & in titulo poſuit, ſe habitare in domo abbatis Fabricii Helmſtadienſis, ut hoc modo coniecturam excitet, Theologos hoc ſcriptum approbaſſe.

(*c*) Hic fuit paſtor apud nouum ſacellum (bey der neuen Capelle) prope Altonam, qui D. *Peterſenii*

Lehre von der Wiederbringung der Verdammten und Teuffel in der H. Schrifft nicht gegründet ſey 1726. in 8. pl. 8. 3) verwerfliche Lehre eines Anonymi 1727. in 8. pl. 4. Hoc ſcriptum contra fictum *ἀποκατάςασιν πάντων* directum eſt. Auctor uerus horum ſcriptorum eſt *Iac.* HAERTEL. uid. die Samml. von theol. Sach. 1727. p. 788.

(407.) Theophili ſub nomine D. PETERSEN edidit den ſich ſelbſt verdammenden und verfluchenden Schwediſchen Theologum i. e. D. Mayerum mit eilfertiger Feder, aber vielen Gründen deutlich vorgeſtellet. vid. anonymi ſich ſelbſt proſtituirenden Chriſtianum Democritum p. 71.

(408.) Theſpides. Sub hoc nomine *Heraclides* Ponticus, Ariſtotelis diſcipulus tragoedias ſuas edidiſſe dicitur, ut patet ex Laërtio uid. Olaus Borrichius *de poëtis* p. 31.

(409.) Thomaſius (*Ienkin*) Verum auctoris nomen eſt *Ienkin* PHILIPPS. Edidit autem ſub nomine Thomaſii tract. *de anima brutorum Altorfii* 1713. in 8. Idem edidit ſub nomine Thomaſii *Hiſtoriam Atheiſmi* Baſil. 1709. uid. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 758.

(410.) Timothée (*François*) *Catholique* ſub hoc nomine ficto *Edmundus* RICHERIVS, *Doctor Theologiae*, qui mortuus eſt 1633. edidit: *Conſiderations ſur le déſaveu, fait par les Evêques de France* &c. *mis en lumiére ſous le nom du Cardinal de la Rochefoucault* in 8. 1628. (de quo uid. le Long l. c. n. 11874.) add. le Long n. 11875. qui in numeris ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(411.) Tortelat (*Franc.*) eſt Mr. de RELES. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1716. p. 428.

(412.)

ſomnia chiliaſtica de Apocataſtaſi *πάντων* propagare ſtuduit.

(412.) Τραχὺς, ſub hoc nomine latet *Wolfg.* RYCHARD (*a*) *Poliater Vlmenſis*, qui hoc nomen quibusdam epigrammatibus praemiſit, ſi autem retro legeris hoc nomen habebis *Rychard*.

(413.) Tranquilli (*Agelli*) ſub nomine M. *Ge. Frider.* THRYLLITIVS ſcripſit epiſtolam ad Hieron. Auguſtin. Groſchuffium *de clauiculis Salomonis*, quae inſerta eſt faſcic. 4. *conlectionis libror. rarior.* (a Groſchuffio edit.) 1715. Thryllitius in lingua graeca optime uerſatus erat. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1715. p. 151.

(414.) Trebelliani (*Dionyſii*) nomen aſſumſit D. *Ioh. Philippus* TREIBER & 1726. ſcriptum edidit, plagulis 2. conſtans in forma quarta, de argumento, daß die alte Policey-Regel: Jedes Land ernehre ſeine Armen ein betrüglicher Lehrſatz ſey. uid. Motſchmanns Erfordiam litteratam contin. 2te Fortſetzung in uita huius Treiberi.

(415.) Treuloew (*Iuſtinianus*) ſub quo nomine prodiit *Academia uniuerſalis philadelphica*, ſeu *Collegium Samaritanorum Francof* 1669. in 4. Auctor eſſe uidetur *Erneſtus* L. B. a *Wels.* De cuius uita agit Ioh. Fabric. in *Hiſt. bibl. ſuae* part. 5. p. 45.

(416.) Triſmegiſtus (*Gelaſius*) eſt SNABELIVS.

(417.) Triuultius eſt *Fr. Wilh.* SCHÜTZE, *Achidiacon. Lipſ.*

(418.) Trunco uirente (*Ioh.* de) eſt M. Ioh. Philipp Storr, qui ſub ficto iſto nomine edidit unſeel. und unbefugten Abfall M. I. S. Neſters.

(419.)

(*a*) Franciſc. Lambertus, Avenionenſis duo Rychardi epigrammata cum aliis ſubiunxit commentariis in Minoritarum regulam 1523. in 8. vulgatis, quorum priori etiam nomen τραχὺς appoſuit, quod hoc modo intelligere potes, quid ſibi uelit. uid. Schelhornii amoenit. litterar. Tom. I. p. 307. not. (*k*).

V.

(419.) a Varea (*Alphonſus Laſer*) Auctor eſt *Raphael* SAVONAROLA, qui ſub iſto ficto nomine edidit: *Vniuerſum terrarum orbem, ſcriptorum calamo delineatum,* hoc eſt *Auctorum fere omnium, qui de regnis, prouinciis, populis, ciuitatibus &c. ſcripſerunt uberrimus elenchus.* Idem auctor etiam orbem *Litterarium uniuerſum* prelo paratum habuit. Tom. 2. uid. *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1712. p. 431.

(420.) Vchtmann (*Alardus*) ſub hoc nomine *Adrianus* BEVERLANDVS edidit *Vocem Clamantis in deſerto Medioburgi* ſine anno in 8. Auctorem eſſe *Beuerlandum* non ſolum primus poſſeſſor indicauit in indice, ſed poſt eum etiam diſerte ſignificauit Henr. Ludolph. Benthem im Holländiſchen Kirchen- und Schul-Staat Part. 2. Cap. 4. p. 453. Nec huic coniecturae ueritatis colorem deeſſe putat celeb. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 1058.

(421.) Vellanolus (*Martin.*) eſt *Valentin.* MOELLERVS, D. & *Decanus* reuer. Capituli quondam Magdeburgenſis, qui Friderici Petri gründl. Bericht addidit epigramma uid. Ioh. Fabricii *hiſt. bibl. ſuae part.* 5. p. 113.

(422.) Venantii (*Pacati*) *Solitudo, ſiue querela de tempore, Hamburgi.* 1704. in 4. pl. 16. Auctor eſt D. *Ioh. Nic.* PECHLIN, *celeb. Polyhiſtor & Medicus corporis ducis Gottorpii* qui etiam nomen ſuum indicat in dedicatione ad duos paſtores Hamburgenſes, & in ſcripto ſuo Chiliaſtarum opinionem perſtringit add. die Unſchuld. Nachr. 1704. p. 545.

(423.) Veramandus, ſub hoc nomine latet *Ioh. Zach.* GLEICHMANN, *Aduocatus aulicus Gothanus*, qui praefat. ſcripſit ad librum, cui tit. Wachsthum eines Evangel. Chriſten in der Erkäntnis der wahren Religion u. Lehre, welches 1730. in 8. zu Franckf. und Leipz. heraus kom. uid. part. 8. Supplementor. ad Bibliothec. theolog. p. 651.

(424.)

(424.) Veresmartus (*Mich.*) qui edidit *conſultationem de fide capeſſenda Poſon.* 1612. *eſt Petrus* PAZMANNY, *Cardinalis Hungaricus, Archiepiſcopus Strigonienſis, regni Hungariae Primas atque ſummus Cancellarius.* uid Czvittingeri *Specimen Hungariae litteratae* p. 300. ubi etiam de uita & aliis huius Cardinalis ſcriptis agit.

(425.) a Verimontibus(*a*) (*Eleutherius*) eſſe dicitur cel. BERTRAMVS, *concionator aulicus Auricenſis*, qui ſub hoc ficto nomine uaria ſcripta contra Wolffianam Philoſophiam edidit. Contra hunc Eleutherium uid. Prof. Hollmann in der Abhandlung von der Beſchaffenheit der menſchl. Erkenntniß. Adde de theſibus Eleutherii die Leipz. gel. Zeit. 1738. n. 2. p. 13.

(426.) Verinus (*Lucius*) eſt PRASCHIVS, uid. Serpilii Lieder-Gedancken Part. 2. p. 136.

(427.) Veritophili Beweiß-Gründe von der Kirchen-Muſic. Hamb. 1717. in 4. pl. 10. Editor eſt celeb. MATHESON, *Organiſta Hamburgenſ.* uid. die Unſch. Nachr. 1718. p. 827.

(428.) Verona (*Placentius*) uero nomine eſt *Henr. Ludolf* BENTHEM, qui ſub ficto nomine edidit *Media, quibus Roma papalis condita, & conſeruata fines propagare ſtudet, recenſita cum antidoto Cellis* 1689. in 4. uid. Fabric. *in Hiſt. bibl. ſuae part.* 5. p. 104.

(429.) Vice-Comes (*Iuſtus*) Auctor uerus eſt *Ioh. Paulus* MAZZVCCHELLIVS, *e congreg. Somaſchor. Cler. regularis*, qui edidit *Mediolanum ſecunda Roma, uel diſſ. apologeticam Iuſti Vice-Comitis*,

(*a*) Contra hoc ſcriptum prodiit Chriſtoph. a VERIVALLIBVS, pſeudonymi nondum detecti, *philoſophiae defenſio.* 1735. in 4. quae recenſetur in den früh aufgel. Früchten 1735. p. 205.

Bergomi 1711. in 8. pl. 7. contra Anton. *Gattum, Antecesſorem in Gymnaſio Ticinenſi.* uid. ſupra uocem *Abdua.*

(430.) Mademoiſelle (*Malcrais*) DE LA VIGNE. Sub hoc nomine Monſ. DES FORGES-MAILLARD edidit poëmata quaedam gallica, quae ſe lectoribus ualde probarunt. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1738. n. 25. p. 220.

(431.) Realis DE VIENNA, ſub hoc nomine lat. *Georg.* WAGNER uid. Reimann in hiſt. litter. germanor. noua part. 3. anderes Hauptſt. p. 110. & paſſim. Sed Tom. 3. hiſt. litt. p. 168. Reimannus auctorem uocat *Gabrielem* WAGNERVM add. p. 197. & 438. Qui ſe ideo uocauit *Realem*, quia nihil niſi realia tractare uolebat. *de Vienna* autem hanc ob cauſam ſe nominauit, quia domui auſtriacae prae aliis deuotus eſſe uoluit. Edidit etiam hic Wagnerus ἀνωνύμως *Artium illiberalium Querimoniam*, de qua uid in biblioth. mea anonym. n. 1697. Celeb. Reimannus *in catal. litter.* p. 294. dicit, Schediasmata Realis *de Vienna* eſſe opprobriis & conuitiis plena.

(432.) de la Ville (*Louis*) eſt P. de VALOIS, Ieſuita Codomenſis, qui Pariſiis edidit: *Sentiment de Mr. Des-Cartes touchant l'eſſence & les Proprieté du Corps opposès a la doctrine de l' Egliſe & conformes aux Erreurs de Calvin* (a) *ſur le ſujet de l'Euchariſtie. Avec une diſſertation ſur la pretendue poſſibilité des choſes impoſſibles par Mr. de la Ville Paris* 1680. in 12. uid. Baylii praefat. ante *Recueil de quelques Pieces curieuſes, concernant la Philoſophie de Mr. Des Cartes Amſtel.*

(a) Qui etiam Carteſium ex academiis uoluit proſcriptum, ſed Baylius diſputatione quadam peculiari defendit Carteſianam cauſſam. Acta erudit. 1711 p. 104. uaria adhuc alia ſcripta, huc ſpectantia indicant.

Amſtel. 1684. in 12. uid. *Des-Maizeaux* in notis ad *Lettres de Monſ. Bayle* p. 164. Idem *Wagnerus* ſub Realis *de Vienna* nomine edidit meditationem *de grauitatis & cohaeſionis cauſſa*, quae adhaeret appendici centuriae 2. ad Ephemerides Naturae curioſorum.

(433.) du Vivier (*Franc.*) ſub hoc nomine P. *Gabr.* GERBERON, *Ianſeniſta*, ſe edidiſſe faſſus dicitur in Proceſſu (de quo uid. in Biblioth. mea anon. uoc. Proceſſus) p. 65. Ianſenii aliorumque ad Abbatem *San-Cyranum* literas uid. A. E. 1705. p. 246.

W.

(434.) Wahrlieb (Gottfried) Alii habent (Gottlieb) deutliche Vorſtellung (*a*) der Nichtigkeit der vermeinten Hexereyen und des ungegründeten Hexen-Proceſſes, nebſt einer gründlichen Beantwortung der ſo genannten Unterſuchung vom Kobolde, (Reſponſio ad tractatum vom Kobolde eſt uehemens & aculeata, additi uerſus praebent ſcandalum non exiguum) Amſterd. (uerius zu Halle) ſin. anno, nach Erfindung der Hexerey im dritten Seculo und nach Einführung des Hexen Proceſſes im Jahr 236. prodiit 1720. in 4. 1 Alph. pl. 12. Quidam *Hieronymum* BRÜCKNERUM, nepotem aui homonymi ex homonymo patre I. V. D. & conſiliar. aulicum Saxo-Meinungenſem, aliis ſcriptis ſuis celebrem, (*M*) 2 aucto-

(*a*) Auctor negat, diabolum corpus aſſumere poſſe, loqui nec ſimile quid facere, pactum etiam cum hominibus inire non poſſe, aut externe & corporaliter cum illis negotium habere. uid. plura de contentis & partibus huius ſcripti in celeb. Stollii Nachricht von den Büchern ſeiner Bibliothec part. 3. p. 268. ubi Wahrliebii ſcriptum uocat eine ſchöne Schrifft, ſed die Unterſuchung vom Kobolde nominat Bengelmäßig.

auctorem eſſe putant; ſed celeb. Reimannus in catal. Bibl. theol. p. 781. & 782. (quem omnino uide) *Ioh. Chriſtoph.* FRANCKIVM I V. D. in Academia Halenſi auctorem indicat. Fallunt ergo die Auctores der Unſch. Nachr. 1720. p. 105. qui Chriſti. Thomaſium auctorem huius ſcripti eſſe ſuſpicantur.

(435.) Wahrlieb (*Chriſt.*) Unterſuchung des Indifferentiſimi Erici Friedliebs Leipz. 1702. in 4. Eſt refutatio ſcandaloſi ſcripti Friedliebii. Auctor uerus eſt Gottfr. Balth. Scharff. uid. die theol. annales (Loeſcheri) 1702. p. 78. Adde ſupra uocem Friedlieb.

